LEXICON SOPHOCLEVM

ADHIBITIS

VETERVM INTERPRETVM EXPLICATIONIBVS
GRAMMATICORVM NOTATIONIBVS
RECENTIORVM DOCTORVM COMMENTARIIS

COMPOSVIT

FRIDERICVS ELLENDT A. M.
LIT. ANTIQ. IN VNIV. LIT. REGIM. P. P. E

EDITIO ALTERA EMENDATA.

CVRAVIT

HERMANNVS GENTHE.

BEROLINI MDCCCLXXII.
SVMPTIBVS FRATRVM BORNTRAEGER.
(E. EGGERS.)

Auctoritas quam huius operis redemptor habet legibus defenditur.

PRAEFATIO AUCTORIS.

Duo sunt, quae literis antiquis recte cognoscendis maxime videantur officere. Alterum est, quod qui Graece et Latine nesciunt et arduam peritiae parandae viam aspernantur, Sanscritice balbutire malunt, qua quasi communi linguarum omnium clave usi perspiciant protinus, quid dici potuerit debueritve, quaenam origo et lex flectendarum diffingendarumque vocum, quae sermonis sit inter populos maxime dissitos similitudo et quasi cognatio: quo genere philosophandi et imperitos fallunt speciosis inventis procudendis, quae scilicet ipsam callendi medullam contineant, et suo ingenio ita abutuntur, ut quae horum studiorum diligentissimos fugiant, ab indoctis reperta esse primum sibi, deinde etiam aliis persuadere audeant. Ego Sanscritae linguae cognitionem haudquaquam despicio abiiciendamve arbitror, et in originibus linguarum indagandis magnum quoddam illius momentum esse scio; sed antequam ex rebus tam longinquis necdum satis certo cognitis comparandis proficias in *Graecae* et *Latinae* linguae scientia, sciendum prius Graece et Latine videtur, et exquirendum ante, quid dictum sit dicique licuerit, quam quomodo eo perventum sit pronunties. Sic quae perite peritorum manibus administrata prosunt, adolescentulorum δοκησισόφων vanitate nocent. Alterum est, quod exstat genus quoddam philologorum, qui cum aut nesciant aut nolint artem grammaticam perdiscere sobrioque iudicio operam dare, et ipsi hoc agunt et discipulos ita instituunt, ut libris aliis et aliis quotannis in lucem emittendis scriptorum, si fieri possit, omnium reliquias colligere, historias urbium et civitatum pertexere, res, iura, leges, instituta publica et privata, literas et artes et quidquid ad antiquitatem accuratius cognoscendam pertinet non diligenter illustrandum, sed leviter inspectis scriptoribus maxime *indicum*, qui vocantur, divitiis compilandis degustandum sibi sumant. Hi ea utuntur verborum magnificentia, ut et soli sibi literas antiquas cognovisse videantur et nativo quodam veri et pulchri sensu sese praeditos iactent, quo qui instructus non sit, eum recte intelligendis illis rebus imparem et quasi non factum esse affirmant. Iam enim ad id perventum est audaciae,

ut eum virum, qui de tota antiquitate perite existimanda ingenii acumine, iudicandi sollertia, praeclare scriptis, discipulorum multitudine ita meruit, ut pares paucos, superiorem habeat neminem — ut eum, inquam, nec poetarum veterum artis universae, nec singulorum dictorum recte perspectorum documenta illa dedisse fidenter quidam pronuntiarint. Ridicule, inquis. Verum est. Sed quia vulgus ea audacia decipi sese patitur, et fortiter contra inanes suae praestantiae iactatores pugnandum, et id agendum videtur, ut diligenter exercendis artibus critica et grammatica, antiquitatis omnis cognoscendae fontibus, tantae bonarum literarum perniciei obsistatur. Verum artes illae non satis certam viam insistent, nisi materies ante congesta iudicandi sit, nec satis proficietur in universa quadam lingua cognoscenda, nisi singularum aetatum et praecipuorum scriptorum usus et quasi leges sermonis accurate explorentur. Ad hanc rem ut quantum in me est conferrem, ante hos septem annos *Lexicon Sophocleum* componere aggressus sum. Erunt, qui illud meum consilium reprehendant; sunt enim, qui exilem et inanem diligentiam affirment esse, quae in literis et apicibus additis vel omissis, vocabulis hoc illove modo scribendis et pronuntiandis, exquirendo et persequendo vocum etiam maxime vulgarium et quotidianarum usu versetur; erunt alii, qui quaerendi causam esse negent, quoties et quomodo ἄν et ἄρα et δέ et καί et τε apud tragicum dicta legantur: illud enim agi, ut scias quomodo scriptoris usus a communi omnium consuetudine discrepet, cetera universae linguae lexicis aut interpretum reservanda esse commentariis. At vero quando tempus veniet talium lexicorum condendorum, nisi prius singulis scriptoribus ea adhibeatur opera? Deinde quomodo iudicabimus, quibus rebus scriptoris cuiusdam aut aetatis sermo a consuetudine communiter recepta discrepet, nisi sciverimus, omnino quid dictum illi sit, quid repudiatum? Quomodo hoc esse, illud non esse epicorum, atticorum, recentiorum affirmabimus, nisi quid ab eis usu comprobatum sit, didicerimus? Enimvero neque copiosissima lectione neque summo ingenio hoc satis accurate cognosci posse summorum virorum Valckenarii, Porsoni, aliorum errores perspicue demonstrant. Praeterea lubricum est et facile periculosum illud selectioris quasi penoris conquirendi negotium. Nam colligendo demum, quidquid est vocabulorum, disponendoque et iudicando ex sententiarum ratione ad elegantiorem sermonis usum intelligendum et cum vocabulorum tum dictorum sensum recte perspiciendum copiosior redundat fructus. Id igitur egi, nihil ut relinquerem, nec, nisi forte me aliqua fugerunt, praetermisisse me puto quidquam; si non omnia exempla apponenda viderentur, quod praeter articulum praepositivum in unam aut duas voculas cadit indicavi. Erant sane inprimis nominum quorundam propriorum exempla, quibu non omnibus opus erat appositis; addidi tamen etiam haec, quod in pauculis e raris a praecepto universe scripto deficere absonum videbatur. Sed et quotie quidque et quomodo connexum cum aliis verbis legatur, retuli, significationes quan potui religiosa diligentia digessi, particularum autem, in quibus mirum quantu manci indices sunt, qui nunc exstant, illustrandarum praecipuam rationem habui Addidi etiam et vocabula aliquot et integras Sophoclis sententias quasdam, priori

bus interpretibus ignotas: cuiusmodi vocabulis praefixum signum †. Inprimis autem accurata opera danda videbatur referendae et expendendae codicum et Aldinae editionis scripturae, quod et intelligendi et rei grammaticae persequendae fundamentum esset. Dubia aut plane nulla fide vocabula signo * notata sunt, coniectura verisimili illata duplici stellula **. Distingui autem necesse erat diverbiorum et canticorum cum vocabula tum formas, nec absonum videbatur etiam anapaesticis numeris prolata referre; his indicandis additum *an.*, τοῖς ἀπὸ σκηνῆς *m.*, canticis choricis *ch.* Praeterea veterum doctorum commentarios et lexica et recentiorum interpretum copias quanta potui diligentia excussi, nec eorum solorum, qui de Sophocle aut tragicis bene meruissent; ut quae ab illis de significatione vocum memorabiliorum deque forma, scriptura, accentu, spiritu traditum esset adhiberem et diiudicarem, quaeque ab his ad recte intelligendos poetas tragicos et Sophoclem potissimum collata essent, in usum vocarem. Versuum numeri Hermanni editionum sunt; ei enim viro Sophocles probabiliter restitutus maxime debetur. Sic et multa melius me explicuisse confido et aliquot locis poetam, pluribus veteres interpretes et doctores emendavi, nec quae ad hunc poetam solum facerent illustrandum quam brevissime exposui, sed etiam ad sermonem atticum et tragicorum recte cognoscendum quantum perficere possem conferre enixus sum. Hanc meam operam si summis duumviris Lobeckio praeceptori meo et Hermanno probari videro, idoneum me laboris praemium consecutum arbitrabor. Hominum rei imperitorum iudicia non curo, maxime autem eos aspernor, qui non probant quidquam, nisi quod a sua secta exierit.

Tale consilium cum animo praeformassem, exsequendo annorum quinque tempus suffecturum putabam. Sed cum iterata lectione satis materiae collegisse viderer, de lexico tragico a Faehsio propediem evulgando ante hos fere quattuor et qui excurrit annos nuntius allatus fere cogere videbatur, ut coepta omitterem. Videbam enim, quantam ille spem movisset quantaque pollicitus esset, fore qui maximam meorum partem me ab illo suffuratum dicerent. Ita per annos fere duos non intermisi quidem haec studia, sed in Electra commentariis illustranda versatus longe tamen alia ratione tractavi, quam qua in condendo lexico opus erat. Sed allatis primis Faehsiani libri fasciculis metus ille totus evanuit. Intelligebam enim exiguam omnis materiae partem ab eo viro collectam neque id actum esse, ut interpretaretur et diiudicaret, sed ut forte oblata vocabulorum exempla non minus fortuitis quibusdam lexicorum et grammaticorum veterum excerptis praetexeret. Sic cum resumendi veteris consilii animus renatus esset, repente de ipsius Faehsii morte nuntiatum est. Post duos igitur annos ordinandis, emendandis, iudicandis copiis conquisitis impensos iam iamque telae perficiendae spes portendebatur. Speraram quidem longe me maturius ad operae finem perventurum. Verum quo diutius materiam mente versabam, eo magis et quasi in immensum excrescentem videbam. Deinde ingenti negotiorum mole quasi obrutus etiam corpus ita affectum sentiebam, vix ut vires viderentur sufficere. Praeterea singulari incommodo laborabam. Etenim munus duplex in ludo literas docendi et in

universitate literaria scholas habendi, pluribus de causis grave reddebatur atque molestum. Nam etsi vires meas paene confeceram et ultra quam officium postulat elaboraram, non modo gratiam nullam consecutus, sed hominum fortasse non malorum, sed minime certe perspicacium studia adversa et animos foede ingratos expertus sum. Vidi enim nec ingenio nec doctrina commendatos homines ita cumulari gratia, ut munerum et honorum quidquid vellent sumendi et quasi optandi concederetur potestas: cognovi etiam, id quod maius est, studia literarum et doctrinae augendae diligentiam tanquam inanem et a praeceptoris munere alienam iactationem unico profecto post renatas literas exemplo abiici a nonnullis et vituperari. Talia quin animum frangant viresque debilitent cum fieri vix possit, lectores oro, ut ignoscant, quod serius, quam promiseram, liber meus in lucem publicam emittitur. Si minus recte iudicata alia, alia non perfecta, sed inchoata viderint, peritos et benevolos harum literarum existimatores ut excusent rogo.

Dabam Regimontii Prussorum Calendis Novembribus anni MDCCCXXXIV.

PRAEFATIO EDITORIS.

Fridericus Ellendt quum lexicon Sophocleum quod composuerat iterum ut ederet vix esse futurum haberet persuasum, inmatura morte ante hos XVII annos absumptus incohata magis quam perfecta reliquit in schedis novae editioni parandae destinatis. Satis enim plerumque habuerat ex eorum librorum copia, quibus post hoc lexicon editis quum Graecarum litterarum tum tragici sermonis cognitio aliquod incrementum ceperat, nominatim indicavisse, qui essent toti adcurate perscrutandi, qui in subsidium vocandi, qui de singulis quibusdam rebus adeundi. Item in eis voluminibus in quae omnes lectionis Sophocleae a. MDCCCXXVIII institutae fructus secundum litterarum ordinem digestos derivaverat, multos poetae locos in editione prima aut omissos aut minus recte adhibitos in foliorum marginibus supplementi caussa ascripserat.

Rem ita se habere ubi intellexi, ab Eduardo Eggersio, Berolinensi huius operis redemptore honestissimo, ut lexici Sophoclei alteris curis edendi negotium in me reciperem rogatus statim circumspexi et quibus subsidiis nisus et qua usus ratione praeceptoris dilectissimi mei opus quum augerem tum emendatius et doctorum virorum usibus aptius redderem. Tantam enim extremis XXXV abhinc annis factam esse videbam commutationem omnium studiorum quae ad Sophoclis fabulas emendandas explicandasve pertinent, ut haud exigua pars eorum quae Ellendtius in lexico suo disputaverat aut collecta proposuerat, nunc aut ipsa egerent commutatione aliqua aut prorsus obsoleta viderentur. Quas res ut adcuratius investigarem pleniusque proponerem non taeduit me perlegere quidquid commentationum atque dissertatiuncularum de Sophoclis fabulis per illud tempus editarum in publicis bibliothecis Berolinensibus asservabatur aut per bibliopolas poterat comparari. Quam operae meae partem insigni benevolentia et officio ei viri adiuverunt qui libros quos de singulis Sophocleis locis composuerunt, mihi transmiserunt. Quibus viris omnibus maximam habeo semperque

habebo gratiam. Commentationum omnium autem post a. MDCCCXXXV editarum ipsum conspectum una cum indice locorum tractatorum quo magis consulam usibus eorum qui ad haec studia incubuerunt, singulari libello, quia in tantum crevit copia, propediem divulgabo.

Eiusmodi igitur lectionis copiis instructus in hoc Ellendtiano opere recidi multa, plura adieci, immutavi vero plurima. Atque recidenda quidem videbantur ea omnia quae, quum olim pro veris habita essent, nunc omnino fide carent, pariterque ea quae, quum olim magni viderentur momenti, nunc non solum nulla in auctoritate, sed ne in usu quidem ullo sunt. Quo in genere quam vellem aliquot locis me eadem stili severitate uti potuisse qua pleraque eorum nunc delere licebat quae de scripturae varietate ex libris exiguae aut nullius auctoritatis Ellendtius, ut erat aetatis et ingenium et scientia, collegerat! At impediebar religione, ne ipsa ea delerem, quae in commentationibus de Sophocle post hoc lexicon scriptis viri docti saepenumero aut ipsi opinionis errore capti laudassent aut meliore usi iudicio vituperassent. — Ex ipsa autem vocabulorum Sophocleorum serie pauca prorsus delevi ut ἐκκατανύω ἐλαφρός ἐπέραμος μάσθλη ὀγμεύς προσέτι σημάντρια στραβαλοκομάω ὠχριάω: multo plurium lemmata asterisco notata pro suspecta lectione reliqui deletis tamen verbis quae Ellendtius explicandi illustrandive gratia addiderat ut in ἀγκηρύσσω Ἀκεσσαῖος ἐνστερνομαντία ζεῦγος τριπάρθενον Κορύβαντες.

Adiecta deinde a me sunt permulta quae Ellendtius aut omiserat — nam ipsam illius viri indefessam diligentiam acerrimumque studium haud pauca fefellerunt — aut scire illo tempore omnino nondum poterat. Atque ut omittam trecentos locos passim a me additos insertosve, hoc loco indicabo tantum ea vocabula quae in priore editione etiamtum desiderata nunc Sophocleae musae vindicata sunt, praecipue illa quidem ex fabularum reliquiis nuper inventis excerpta et collecta. Sunt autem haec: ἀβρώς ἀγχίπτολις ἀείφρουρος ἀλώπηξ ἄναιτος ἀνάρατος ἀντιτείνω ἅπερ Ἀργειφόντης αὔω διατέμνω δορυσσόης ἐκβιβρώσκω Ἔλατος ἐμμεστόω ἐμπερής ἐνσκήπτω ἐξαλύσκω ἐξαύω Ἐπίστροφος ἐπόμνυμι Ἑστία ἐτήρ εὐνώμας ἡλιωπός θυρωρός καταμάω κίρκος Κολχίς κοπή κράσπεδον κύνβη λύγξ μηλοτρόφος μίμνω Μολοσσικός ὀξηρός παραπέτομαι Πόρκης προσαύω πρόσοδος πρῷος πωλέω σημαντήριον σίγλης Σκόμβροι στείβω στιβαδοποιοῦμαι στιπτός στραβαλοκόμας συμπλάζομαι Τεγεάς τερθρία τόλμα τριολύμπιον ἅρμα τρόχιμος ὕπαφρος φειδωλία χαμεύνη χειροβοσκός ὠρακιάω: quibus vocabulis in ipso huius editionis supplemento accesserunt haec septem ἀκίνητος ἀκόλουθος ἀμαυρόω ἀνδρεῖος βραβεύω γειτονέω μουσοποιέω. Praeterea inscriptiones fabularum Sophoclearum quarumcunque memoria litterarum monumentis tradita est addidi utpote quae si non omnes at certe magnam partem poetae ipsi debeantur.

His quae aut nulla sunt in dubitatione aut permagnam memoriae ac litterarum fidem habent haud pauca adicienda videbantur vocabula quae virorum

doctorum coniecturis pro depravatis Sophocleis inventa nunc in fabulis poetae leguntur, recepta illa quidem aut communi omnium consensu aut aliqua veri similitudine commendata. Quo in genere haec addita sunt a me duobus asteriscis ut veri simillima signata: αἶπος ἄκαιρος ἀκηδέω ἄκοπος ἄχραντος ἄναυλος ἀπειστέω ἄπειστος γλυκαίνω δυσπάλαιστος ἐκθερμαίνω ἐκστρέφω ἐμπίνω Ἕνετος ἐνθριάζω ἐπάργεμος ἐπισπέρχω ἐπιτρέπω ἠχή κέλωρ κηρίωμα κλέω μαίμακος νάτωρ ξυναίμων ῥιπίς σμυγερός συνναυστολέω ταναϋφής φυράω φύτωρ Χαρίβοια χεῖλος. Quae minus commendabantur maioremve movebant dubitationem ut ἀντατιμάζω ἀπλάκητος ἀχείρητος βαρύψυχος βυθίζω γνυπτέω διψάς δολιόμυθος ἐκσπεύδω ἐναίθρειος θυμαίνω ὀχμάζομαι παλίρρυτος πάομαι παραιρέω πολυπήμων πρεπόντως προσηκόντως προσόψιος ῥυπάω ὑπερόρνυμι uno asterisco addito exiguae aut nullius fidei esse indicavi. Quod idem feci in aliquot eiusmodi vocabulis quae quum ab Ellendtio excerpta quidem, sed nulla dubitationis nota addita essent lexico inserta, nunc a Sophocle omnino viderentur abiudicanda. Factum autem id in his est: ἀγάμητος ἄκλητος ἄλοιμα ἀνάρετος ἀπευνάζω ἀποκρίνω ἀριθμέω Αὐτόλυκος βαθμός δυσπέλαστος ἐκκράζω ἑλλός ἐμπέδως ἕνεκα ἐνθερμαίνω ἐπαμφιέννυμι Ἐριχθόνιος εὐοδόω ἡμίλιγδος θλίβω κάω κιθαρίζω κτέανον νεαρός νήχομαι παίδειος παίδευμα παραπέτομαι παρείρω πελάω πόρρω ποτιμάστιος προῖκα προκαλέω πρόρρητος πρόσδεγμα προμανθάνω προσπελάζω προχοή σάγμα Σίνις Σιπύη συνοπάζομαι συνταράσσω σχεθεῖν τετρώριστος χειμάμυνα. Contra firmavi alia et illustravi quae a praeceptore meo tantum pro varia lectione in lemmatis notata erant ut ἀλίπληκτὸς ὅτλος προσαίρω alia.

Quanquam haec non ita enumeravi et in conspectu proposui ut quum ostenderem quanta esset Ellendtiani operis facta accessio haerentem magna cum laude ipsius Ellendti capite coronam detraherem. Nam vel in ipsa hac spicearum post illius viri messem collectarum ubertate facere non potui quin magnopere admirarer egregiam praeceptoris mei operam in tantis lectionis copiis ratione digerendis collocatam. Quo eodem admirationis sensu in ea operae meae parte motus sum quae pertinebat ad conversionem et commutationem earum rerum quae nunc aliter proponendae et illustrandae erant atque Ellendtius fecerat. Alia enim post illud tempus facta est Sophoclis emendandi ars, rectius existimatur tragicae dialecti proprietas, rectius versuum et metrorum natura iudicatur: ac tantum profectum est in veterum lexicographorum grammaticorumque monumentis perpurgandis et arte recensendis, ut ex virorum doctissimorum opera ea in re collocata — ne obliviscar hoc loco G. Bernhardyi, M. Schmidti, G. Lentzi — laetus redundarit fructus etiam ad huius Sophoclei lexici usum. Sed quo pluribus exponere rem quae per se pateat? Paucis absolvam. Quintam poetarum scenicorum Graecorum editionem a Guilelmo Dindorfio a. MDCCCLXVIII factam sequutus verba Sophoclis adposui indicata quidem ubique libri Laurentiani (LA) et addita, si ex re videbatur, apographi Parisini 2712 (PA) varietate. In numeris versuum indicandis

ne hoc lexicon abhorreret a consensu virorum doctorum ea in re tandem facto pro Hermannianis usus sum Brunckianis numeris. Quod ad explicationes, quum Ellendtius Hermanni vestigia pressisset, editionibus Sophoclearum fabularum Hermannianis novissimis quibusque conlatis quaecunque mutari necesse erat mutavi, a ceteris, ubicunque discrepare sententiis interpretes videbam, plerumque abstinui ita tamen ut in subsidium vocarem Dindorfium Wunderum Schneidewinum Nauckium Bergkium Blaydesium Seyffertum Wolffium. Ac de consilio quidem et ratione huius editionis satis dictum. Restat ut C. Schaedelio, qui insigni benevolentia et officio quaecunque viderat in hac editione desiderari aut vitio laborare, litteris statim post singulos operis fasciculos divulgatos ad me datis mecum communicavit, gratias agam maximas: eos autem qui praeterea vitia forte sint investigaturi, rogatos velim, ut non tam neglegentiam inertiamve meam accusent quam humanarum virium ratione habita me moneant. Item de operis tarditate excusatum me volo: nam bello gravissimo patriam sollicitante totus mihi erat annus ad laborem intermittendus armis musas silere iubentibus.

Dabam Francofurti ad Moenum Prid. Kal. Iun. MDCCCLXXII.

INDEX

LOCORUM EXPLICATORUM ET EMENDATORUM.

A.

[Ἀ particula: Grammatici inter ἆ, ἅ, ἄ quid intersit explicare conati huc illuc feruntur sententiis. Id certum ἆ poni cum vetandi et castigandi vocibus: ἆ, μὴ κόλαζε πρέσβυ OR 1147. ἆ μηδαμῶς μέθῃς βέλος Ph. 1300. Bis positum ἀᾶ potius quam ἆ ἆ scribitur. ut Aristoph. Plut. 1052, quamquam librarii ibi ἆ ἆ, et scriptor Laurentiani A Soph. Ph. 732 et 739 ἀὰ ἀὰ exaravit, quod corr. mutavit in ἆἆἆἆ.] Brunckius malebat ἆ ἆ ἆ ἆ ut iambica esset exclamatio.

ΑΑΩ *noceo*. [Buttm. Lexil. I, 223 Hesych s. v. ἄσας· βλάψας. ἔβλαψας. Σοφ. Τρωίλῳ. fr. 554. D. In his ἔβλαψας deleri iussit Nauck. Cf. Lob. Rhem. 4 et 353.]

Ἀβαί (⏑) n. pr. ἐς τὸν Ἀβαῖσι ναόν OR 899. — Eustath. p. 279, 1 Ἄ. ... Σοφ. πληθύνει· παρ' ἐκείνῳ δὲ καὶ ὀξύνονται κατά τινα τῶν ἀντιγράφων αἱ Ἀβαί. [Cf. Hesych. s. v. Ἄβαι: περὶ τὴν Φωκίδα τόπος οὗ μαντεῖον Ἀπόλλωνος Ἀβαίου. Σοφ. Schol.: Ἀβαί· τόπος Λυκίας. — Nauck in Ann. Fleckeis. 1853. 57, 505 et Philol. 4, 754. — De accentu Herodian. ap. Arcad. 104, 12.]

*Ἀβάρβαρος v. ἀβόρβορος.

Ἄβατος (⏑) *invius*. Proprie ἄβατον εἰς ὄρος OR 719. Tralate de vetitis qualibuscunque: δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἔς τε τἄβατα καὶ πρὸς βέβηλα Alead. fr. 109, 6 D., quem locum copiose tractavit Wyttenb. ad Plut. de Aud. Poet. p. 21. B. [et Vater. de Alead. p. 23]: et de locis sacris et religiosis ἀβάτων ἀποβάς OC 167 ch. — φυλλάδα ἄβατον θεοῦ lucum Eumenidum OC 675 ch.

Ἀβλἄβής [Curt. Et. 471] *incolumis:* γῆς δ' ἄπεισιν ἀβλαβής [sic m. rec. in LA, ἀσφαλής pr.] OR 229. *sine noxa*. ἀβλαβεῖ βίῳ El. 650. Prima producitur.

Ἄβολος. [Curt. Et. 411] ἄβολον ἵππον Mys. fr. 363 D.; ap. Hesych. cf. EM s. v. πῶλον ἄβολον interpretatum qui dentes nondum abiecit.

[**Ἀβόρβορος *limo vacuus*. De cloaca στενὴν δ' ἔδυμεν ψαλίδα κοὐκ ἀβόρβορον (sic. Blomf.; ἀβάρβαρον libri). Σοφ. ἐν Λακ. fr. 336 ap. Polluc. 9, 49.]

Ἀβουλία *imprudentia*. ἐξ ἀβουλίας πεσεῖν El. 398. ἀβουλίᾳ πεσεῖν 429. δείξας ... τὴν ἀβουλίαν Ant. 1242.

Ἄβουλος *expers consilii, imprudens*. ἀνὴρ ἄβουλος Ant. 1026. οὐ γὰρ ὧδ' ἄβουλός ἐστ' ἀνὴρ Αἴγισθος El. 964. ἀβούλου καὶ κακοῦ γνώμην πατρός El. 546. ἄβουλον πόλιν OC 940. ἄβουλον στάσιν OR 634. τίς ὧδε τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδεν; Tr. 140 ch. (I p. 2.)

Ἁβρός (-) *venustus, mollis*. [Christ, Lautl. 100. Curt. Et. 472] ἁ δ' εὐῶπις ἁβρά Deianira procis expetita. Tr. 523 ch. v. Valck. ad fr. Callim. p. 233.

Ἄβροτος v. ἄμβροτος.

Ἁβρύνομαι (- -) *iacto me, superbio*. ὁ δὲ ... καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν ἁβρύνεται OC 1339. κοσμεῖται explicat Hesychius; rectius Gr. Bekk. p. 322, 27. θρύπτεται, καυχᾶται.

[**Ἀβρώς, Pollux 6, 39 ἀβρώς (sic Cobet Mnem. 8, 244: libri ἄβρωτος)· ὁ νῆστις παρὰ Σοφοκλεῖ fr. 796.] cf. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 576.

*Ἄβρωτος v. ἀβρώς.

Ἀγάζω (⏑). ἀγάζεις: ἀντὶ τοῦ θρασύνεις. Σοφ. (fr. 797 D.) Gr. Bekk. p. 336, 6.

Ἀγαθός (⏑⏑) v. ἀμείνων, βελτίων, κρείσσων, λῴων, ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος. *bonus*. adiectivum. ἀγαθὸς ὢν γνώμην ἀνήρ OR 687. τῷδ' ἀνδρὶ τῷ πάντ' ἀγαθῷ Ai. 1415 anap. ἐλπίδα τὰν ἀγαθάν Tr. 125 ch. δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην Ant. 671. ἀνδρῶν ἀγαθῶν Ph. 718 ch. δικαίων κἀγαθῶν ἀνδρῶν 1050. cum irrisione τὸν ἀγαθὸν Κρέοντα Ant. 31. ἀγαθοί (sic D. ἀγ. LA) στρατηλάται Ph. 873. substantivum. de homine: ὅπου θ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει Ph. 456. *fortem* significat τοὺς εὐγενεῖς γὰρ κἀγαθοὺς φιλεῖ Ἄρης ἐναίρειν Phryg. 649, 1 D. *generosum* ὅταν οἵ τ' ἀγαθοὶ πρὸς τῶν ἀγενῶν κατανικῶνται Alead. fr. 105, 2 D. οὐδεὶς τῶν ἀγαθῶν El. 1082. De re: τἀγαθὸν χεροῖν ἔχοντες Ai. 964. ἀγαθὰ δόμοις τε καὶ πόσει OR 934. cum risu τοῦτο τἀγαθόν Ant. 275. i. q. infortunium. ‖ a verbo pendet. σοφὸς ... κἀγαθὸς κεκλῇ ἅμα Ph. 119. ὁ πιστὸς ... κἀγαθὸς καλούμενος Trach. 541. τί δ' ὁ παλαιὸς κἀγαθὸς φίλος τ' ἐμός (ἦν) Ph. 421.

Ἀγακλειτός (⏑⏑) *nobilissimus*. Ζηνὸς κέλωρ' ἀγακλειτὸν πάθος Tr. 854 ch. [scripsit D. Ἡρακλέους ἀγακλειτὸν πάθος LA]

Ἄγαλμα (⏑). πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, Suid., Eustath., Gr. Bekk. p. 324, 5: v. Valck. ad Ammon. p. 169. Ruhnk. ad Tim. p. 5. Boeckh. CI I. p. 7. ‖ *statua divorum*. δαιμόνων ἀγάλμαθ' ἱερά OR 1379.: nisi καταχρηστικῶς dicuntur templa quibus dei sese coli gaudent. ‖ *qui in deliciis est alicui:* Καδμείας ἄγαλμα Νύμφας Bacchus Ant. 1116 ch. et de laude et ornamento qualicunque; τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος εὐκλείας τέκνοις ἄγαλμα μεῖζον Ant. 704.; quae verba Boeckhius ap. Wexium minus probabiliter explicat τί ἄγαλμα τέκνοις μεῖζόν ἐστιν ἢ εὔκλεια πατρὸς θάλλοντος; languent enim εὔκλεια et θάλλειν iuxta posita. Melius Erfurdtius τί γὰρ τέκνοις μεῖζον εὐκλείας ἄγαλμα (*Ruhmesfreude*, ut εὐκλείας στέφανον Ai. 465.) ἢ πατὴρ θάλλων. A coniecturis locum defendit Dorvill. ad Char. p. 227 Lips.

Ἀγαμεμνονίδας παῖς El. 182 ch. (I p. 3.)

Ἀγαμέμνων n. pr. (⏑⏑) [Curt. Et. 279] Ἀγάμεμνον, ὦ Μενέλαε Ph. 794. Ἀγαμέμνονος παῖ El. 2. Quo versu quinam varie usi sint, interpretes docent. τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος Ἀγαμέμνονος στράτευμ' ἀγείραντός ποτε El. 695. σωτὴρ δόμων Ἀγαμέμνονος 1355. ἀθεώτατα ἁλόντ' Ἀγαμέμνονα El. 125 ch. τὸν στρατηλάτην Ἀγαμέμνον' Ai. 1224.

Ἀγάμετος *innuptus*. ἀντὶ τοῦ ἄγαμος· Σοφ. (fr. 798 D.) Gr. Bekk. p. 336, 8. ἀγάμητος scribi postulabat Lob. ad Phryn. p. 514.

*Ἀγάμητος v. ἀγάμετος.

Ἄγαμος proprie *innuptus*. χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών OR 1502. ἄγαμος Antigone dicitur Ant. 867 mel. Tralate *malo omine nuptus* ἄγαμον γάμον OR 1214 ch.

Ἄγαν (⏑ -) *valde*. Gr. Bekk. p. 209, 22. ἀντὶ τοῦ μεγάλου καὶ πολλοῦ καὶ λίαν. Atticum pro λίαν dicitur in glossis secundum civitates compositis l. c. p. 1095. Omnibus locis convenit una significatio, de qua recte exposuit Hermann. Cens. Thes. Steph. p. 231. Opusc. t. II. Cum verbo: πόλις ἄγαν ἤδη σαλεύει OR 22. δυςφορεῖν ἄγαν El. 255. πιστεύεις ἄγαν 884. δειμαίνειν ἄγαν Tr. 89. πόλλ' ἄγαν ... θροεῖς Ai. 592. σοὶ μὲν δοκεῖν ταῦτ' ἔστ', ἐμοὶ δ' ἄγαν φρονεῖν Ai. 942. ἄγαν γε λυπεῖς Ai 589. Ant. 573. μηδὲν ἄγαν φλέγεσθαι OC 1695. mel. (μηδ' ἄγαν οὕτω LA). τὸ μὴ τείνειν ἄγαν Ant. 711. ὡς πρὸς τί πίστιν τήνδ' ἄγαν ἐπιστρέφεις; Tr. 1182. ἄγαν οὕτω χρόνῳ ἐπεστρέφοντο Ph. 598. Cum adiectivo: ἄγαν αἰνικτὰ ... λέγεις. OR 439. [Ter πόλλ' ἄγαν exstat.: π. ἄ. λέγειν El. 623. μὴ π. ἄ. εἰρημέν' ᾖ μοι OR 767. π. ἄ. ἤδη θροεῖς Ai 592.] ὡς ἔοικας ὀρθὰ μαρτυρεῖν ἄγαν Ai. 354. ἄγαν δ' ὑπερβριθὲς ἄχθος ἤνυσαν Ai. 951 ch. τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα Ant. 473. ἄγαν νέος 735. Cum adverbio: ὑψοῦ ... αἴρει θυμὸν ... ἄγαν λύπαισιν OR 914. v. αἴρω. δὐψ' ἄγαν OC 1264. Cum articulo et substantivo adiectivi vices tuetur: ἥ τ' ἄγαν σιγὴ Ant. 1251. τῆς ἄγαν σιγῆς βάρος Ant. 1256. — ἄγαν γε *sane admodum* Tr. 896. Ai. 983. De ultima longa tres loci testes sunt, Ai. 592. Tr. 1182. OR. 439 [ἄγαν τ' LA pr., τ' eraso.], hic quidem propter id ipsum inserto γε interpolatus a librariis pronuntiationis ignaris: v. Brunck. ad Ar. Nub. 199. (200 H.), quo loco similis corruptela ab optimis libris redarguitur. De accentu v. Apoll. d. adv. p. 568. Bekk. Et. Gud. p. 3, 1.

Ἄγασμα (⏑) ἀγάσματα: σεβάσματα, ἃ ἄν τις ἀγάσαιτο. Σοφ. κέχρηται (fr. 799 D.) Suid in v. [Gr. Bekk. 325. 22. Hesych. s. v.]

Ἀγγελία *nuntius*. τί γὰρ οὐκ ἐμοὶ ἔρχεται ἀγγελίας ἀπατώμενον; El. 170 mel. οἵαν ἐδήλωσας ἀνδρὸς αἴθονος ἀγγελίαν Ai 221 ch. de qua structura v. Lobeck. (I p. 4.)

Ἀγγέλλω *nuntio*. I. *Formae*. *Praesens*. ἀγγέλλουσι Ai. 1226. OC 1511. ἄγγελλε El. 47. ἀγγέλλειν Tr. 1110. *futur*. ἀγγελοῦμεν OC 1429. ἀγγελῶν OR 955. ubi libri barbare ἀγγελών; it. OC 302. *aor*. ἤγγειλα OR 604. ἤγγειλας El. 1341. ἤγγειλαν El. 1452. ἀγγείλῃς El. 41. ἄγγειλον Ai. 848. ἀγγείλατε Ai. 567. ἀγγεῖλαι Ai. 719. El. 1111. 1443. ἀγγείλας Tr. 190. *Passivum* ἀγγέλλεται Tr. 73. *Medium* ἀγγέλλομαι Ai. 1376. — II. *Usus*. cum acc. obi. ὅπως ἂν ἀγγείλῃς σαφῆ El. 41. πρῶτος ἀγγείλας τάδε Tr. 190. κείνῳ τ' ἐμὴν ἀγγείλατ' ἐντολήν Ai. 567. [τὸ πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω Ai. 719.] ἄγγειλον ἄτας τὰς ἐμὰς Ai. 848. τοῦτο τοὔπος ἀγγελῶν OC 302. ἀγγελοῦμεν φλαῦρα OC 1429. Subauditur accusativus ei σαφῶς ἤγγειλά σοι. OR 604. θεοὶ κήρυκες ἀγγέλλουσί μοι OC. 1511. item addito περί c. gen.: Ὀρέστου ἀγγεῖλαι πέρι El. 1111. Cum acc. obi. addito participio: οὓς φασ' Ὀρέστην ἡμὶν ἀγγεῖλαι βίον λελοιπότα El. 1443. ἦ καὶ θανόντ' ἤγγειλαν El. 1452.: addito ὡς: πατέρα τὸν σὸν ἀγγελῶν ὡς οὐκέτ' ὄντα OR 955. ἤγγειλας ὡς τεθνηκότα El. 1341. Inde passivum c. nom. participii iungitur: ζῶν ἢ θανὼν ἀγγέλλεται Tr. 73. C. infin.: σὲ δὴ ἀγγέλλουσί μοι τλῆναι Ai. 1226. Ita et medium ponitur pr. ἐπαγγέλλομαι, *ultro profiteor*: Τεύκρῳ ἀγγέλλομ[αι] εἶναι φίλος Ai. 1376. Sequitur denique ὅτι: ἀγγέλλε[ιν] ὅτι ἐτισάμην Tr. 1110. vel ὁθούνεκα: ἄγγελλε . ὁθούνεκα τέθνηκε El. 47.

Ἄγγελος *nuntius is qui nuntiat*. Nude ponitur ἐς σὲ ἄγγελον ἥκω Ph. 500. ἄγγελος πάρειμί σοι Ph 564. πρῶτος ἀγγέλων Tr. 180. ἄγγελος παρῆν Tr 348. οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων πορεύεται 391. ἄκαιρο[ς] οὐδ' ὑπ' ἀγγέλων κληθείς Ai. 289. πέμψον τιν' ἡμ[ῖν] ἄγγελον 826. μὴ παρ' ἀγγέλων ἄλλων ἀκούειν OR 6 οὐδ' ἄγγελός τις κατεῖδε 116. εἴ τι μὴ κλύεις τῶν ἀγγέλων 305. C. gen. subi.: ὄρνις ... Διὸς ἄγγελος (lusci[nia]) El. 149. mel. veris nuntia a Iove missa, v. Hermann. C. gen. obi.: στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶ[ν] ἐπῶν Ant. 277.

Ἄγγος *vas*. τὸ μὴ οὐ τόδ' ἄγγος ὡς ἔχει δεῖξα[ι] φέρων Tr. 622. cista cum veste Herculis. τόδ' ἄγγο[ς] ἴσθι σῶμα τοὐκείνου στέγον El. 1118. μέθες τόδ' ἄγ[γος] νῦν 1205. urnam sepulcralem.

Ἀγείρω (⏑) [Curt. Et. 165 et 645] *cogo*, *collig[o]* τὸν ἐς Θήβας στόλον ἀγείρας OC 1306. τοῦ τὸ κλεινὸ[ν] Ἑλλάδος στράτευμ' ἀγείραντός ποτε (Agamemnonis El. 695. (I p. 5.)

Ἀγελαῖος (⏑) *gregalis*. ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας Ai 175 ch.

Ἀγέλη *grex*. ἀγέλαις βουνόμοις = βοῶν OR 26 πτηνῶν ἀγέλαι Ai. 168. anap. chor.

Ἀγενής (⏑) *ignobilis*. ὅταν οἵ τ' ἀγαθοὶ πρὸ[ς] τῶν ἀγενῶν κατανικῶνται Alead. 105, 2 D. (sic Gro[tius]: πρὸς ἀγεννήτων Brunck.) De ἀγενής et ἀγεν[νής] dubitabant Hemsterh. ad Lucian. t. I. p. 461 Dorvill. ad Char. p. 388. Schaef. ad Plutarch. vol IV. p. 313. ἀγεννής solum probabat Buttm. a[d] Alcibiad. I. p. 120. et Stallb. ad Plat. Protag. p. 52. siquidem *ignobilem* significet. Nam ἄπαιδα significa[t] ap. Isaeum Bekkeri Anecd. p. 328, 2. Sed ἀγενὲς κα[ὶ] στενὸν φθέγμα idem p. 336, 19. *tenuem* interpretatu[r] *et ingrato sono vocem*; et ἀγενὲς βιβλίον ap. Steph Byz. v. Ἀνακτόριον librum malae notae valet. Quo[d] si quis ab *ignobilitatis* significatione proxime deflexun[m] meminerit, et εὐγενῆ similiter et δυςγενῆ dici, no[n] assentietur Stallbaumio. At *infectum s. nondum ortun[m]* non dici videtur ἀγενές. V. ἀγέννητος.

**Ἀγένητος *nondum ortus s. infectus*. τὸ γὰ[ρ] φανθὲν τίς ἂν δύναιτ' ἂν ἀγένητον ποιεῖν Tr. 743 ἀγέννητον apogr. plurima et Suidas [s. v. οἴμοι], mo[do] do quod hic ποιῆσαι, quo recepto alterum [quod quidem ibi extat] ἂν excludendum erit. Illud quod est i[n] LA coniecerat Porsonus Misc. p. 219. Simillima multa sunt, quae si quis a verbis puris facta obiecerit, cum γίγνομαι barytonon sit, recordetur velim, verbalia i[n] τος exeuntia futuri normam sequi; et sane γενήσομα[ι] puriorem formam habet. Cf. Schaefer ad Schol. Apoll. Rhod. p. 119. γενητός et γεννητός saepe a librariis confusa esse docet Schneider. ad Plat. Rpubl. VIII. p. 14. t. III.

Ἀγέννητος *nondum natus*. ἀγέννητος τότ' ἦ OC 973. ἅπαντα τἀγέννητα πρῶτον ἦλθ' ἅπαξ fr. 739. 3 D. ex Valckenari coniectura [in Plut. Mor. p. 732 d ubi vulgo τὰ γένη τὸ πρῶτον. Diversum est Artemidori 4, 59 ἀπ. τἀδόκητα πρ. ἤ. ἅ.] — *ignobilis*. κἀξ ἀγεννήτων μῦθοι καλῶς πίπτουσιν Tr. 61.

Ἄγευστος (⏑) *inexpertus*. οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών Ant. 583 ch. Illustrat Wyttenb. ad Plut. de Educ. Puer. p. 13. B. [Quae Gr. Bekk. p. 326, 12 habet

ἀγευτοί, ἄπειροι ex litterarum tenore apparet esse corrupta.]

**Ἀγή v. ἄτη. (I p. 6.)

Ἀγηλατέω (◡) *piaculum exigo*. Asperatur secundum Eust. p. 1704, 5 et Suid. v. ἀγηλατεῖν qui Sophoclis locum affert. κλάων δοκεῖς μοι... ἀγηλατήσειν OR 402. Num Gr. Bekk. p. 328, 32 ἀγ. ἄγος καὶ ἐναγεῖς τινας ἐλαύνειν et p. 337, 11 ἀγηλατῶν ἀντὶ τοῦ διώκων, φυγαδεύων· οὕτω Νικόμαχος — Sophoclis locum respexerint, incertum. Similia Hesychius habet. [EM. 10, 34 ἀγηλατίζειν.]

Ἀγήνωρ (◡) n. pr. Ἀγήνορος OR 268.

Ἀγήρως *non senescens*, *aeternus*. ἀγήρως δὲ χρόνῳ δυνάστας κατέχεις Ὀλύμπου αἴγλαν (Iuppiter) Ant. 604 ch. [ἀγήρωι LA *pr.* ἀγήρως *corr.* Utramque scripturam explicant schol.] Locum respexit Pollux II 14 Ὑπερείδης τὸν ἀγήρατον χρόνον, Σοφοκλῆς δὲ τὸν ἀγήρω.

Ἁγίζω (◡) [Curt. Et. 156] *sacro*. Ποσειδανίῳ θεῷ βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων OC 1495 chor. de sacrificio dictum.

[*Ἀγκηρύσσω. v. κηρύσσω sub fin.]

Ἀγκύλη (◡) [Curt. Et. 122] *nervus in arcu*. χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλᾶν βέλεα OR 204 ch. gl. in membr. Brunckii: τὰ νευρὰ λέγει. LA ἀγκύλων, quod arcum significare putabat Eustath. p. 33, 3 ἀγκύλα χρυσόστροφα afferens: ἀγκύλας pro arcu posuit Eurip. Or. 1463 pro fune IT 1373: inde facta translatio. Varias vocabuli significationes explicuit Musgravius; plurimas collegit, sed Sophoclei usus non memor Gr. Bekk. p. 337, 30.

Ἄγκυρα *ancora*. εἰσὶ μητρὶ παῖδες ἄγκυραι βίου Phaedr. fr. 612, 1 D. ap. Hesych. s. v. explicantem ἀγκύραι: μεταφορικῶς αἱ ἀσφάλειαι, et Gr. Bekk. p. 338, 15. apud hunc autem fabulae nomine non addito. [Cf. Suid. s. v. χαλάσσω.] De sententia v. Pors. ad Hecub. 80 et Iacobs ap. Pflugk. l. c.

Ἀγκών [Curt. Et. 122 et 346] *ulna*. ὑγρὸν ἀγκῶνα Ant. 1237 cf. Interpp. — *angulus*, regio. cf. Bernhardy ad Dion. Perieg. p. 536. οἱ δ' ἑσπέρους ἀγκῶνας, οἱ δ' ἀντηλίους ἰόντες Ai. 805. Suid. v. ἀγκών.

Ἀγλαΐα (-◡◡-) *delectatio*, *fructus*. λαμπρότης Suidas et Gr. Bekk. p. 329, 17. μηδέ ποτ' ἀγλαΐας ἀπονναίατο El. 211 mel. utinam ne fructum capiant (facinoris).

Ἀγλάισμα *decus*. μή του τόδ' ἀγλάισμα πλὴν κείνου μολεῖν El. 908 cincinnus in sepulcro Agamemnonis repertus. cf. Abresch. ad Choeph. 189.

Ἀγλαός *splendidus*, *decorus*. ἀγλαᾶς Θήβας OR 152 ch. De tono v. s. ἀλαός. (I p. 7.)

Ἀγλαώψ *specie splendens*. ἀγλαῶπι πεύκᾳ picea fulgenti OR 214 ch. De tono v. schol. Ven. Il. ι 502. Eust. p. 768, 37.

Ἄγλωσσος (⏓?) = βάρβαρος in ... οὔθ' Ἑλλὰς οὔτ' ἄγλωσσος Tr. 1060. Schol. κακόγλωσσος, βάρβ. ἢ ἀλλόγλωσσος. De significatione constat, sive γῆ sive cum Hermanno ἀνήρ subaudieris, quod posterius tamen neque ex Polluce II 109 neque ex Gr. Bekk. p. 97, 4 certissime demonstrari potest.

Ἁγνεία *sanctimonia*. φέροντι τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων OR 864 ch. pietatem colenti. De vocabulo cf. Stanl. ad Suppl. p. 660 Hal.

Ἁγνίζω *expio*, *procuro*. τὸν θανόντα θ' ἁγνίσαι Ant. 545. Scholiastae interpretationem τιμῆσαι Musgravio probatam recte abiicit Hermannus. Est enim *procurare iram mortui*, ut bene sit ei apud inferos: quod quoniam Ismene sepeliendi Polynicis partes non suscepit morte saltem cum Antigone subeunda exsequi studet. [ἁγν. θανόντα πυρί esse i. q. *comburere* docet Wolff. ad Ant. 545.] λύμαθ' ἁγνίσας ἐμά Ai. 655 de infausti ominis caede mari abluenda — Hesych. s. v. ἁγνίσαι: ἀποθῦσαι Βουσίριδι (Εὐριπίδης?) καὶ διαφθεῖραι Σοφ. ἐν Ἀμφιαρ. fr. 119 D. Gr. Bekk. p. 339, 8 ἁ.: τὸ θῦσαι. διαφθεῖραι κατ' ἀντίφρασιν· οὕτω Σοφ. Illud Hesychii quomodo intelligendum sit, v. Iacobs ad Anth. Pal. t. 3 p. 815.

Ἀγνοέω *ignoro*. τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ Tr. 78. τίν' ἀγνοεῖς; El. 1475. *quem tibi ignorare videris*, i. e. *ignoras quis sim?*

Ἀγνοία *ignoratio*. ὡς ἂν ἀγνοίᾳ προσῇ Ph. 129. Ante Brunckium scilicet ab iis qui metro timerent ἀγνοίᾳ legebatur. ἃ ἐξείρηκας ἀγνοίᾳ μ' ἔχει Tr. 350 ignoro ea. ἣν ὑπ' ἀγνοίας ὁρᾷς 419 cum ignoratione, tamquam ignotam. schol. ἣν προσποιῇ ἀγνοεῖν, quod probat Herm. — Ultima aperte producitur Tr. 349; cf. EM p. 462, 5. 774, 33. Lob. ad Phryn. p. 165. Matthiae Gr. Gr. 1, 143. [Buttm. Gr. 2, p. 317. Krueg. Gr. 2, §. 15, 2, 5.]

Ἁγνός ‖ *sanctus* de divis. ἁγνὸν [sic D. cum Wakef.: ἁγνοῦ LA] Ζηνὸς σέβας Ph. 1289. ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας OR 830. [cf. ἁγνὸν Πειθοῦς σέβας Aesch. Eum. 865. δαιμόνων ἁγνὸν σέβ. Eur. Cycl. 580.] ὦ φάος ἁγνὸν El. 86 mel. quippe ἱερόν *diva lux*. cf. Bernhardy ad Dion. Perieg. p. 610. ‖ *de locis non profanis* dictum: ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν OC 37. Sic recte Valck. ad Ammon. p. 3; hoc sentiendum cum Reisigio Enarr. p. XXXI. ‖ *expiatus* et *expiatorius* item *piaculo vacuus*. ὅθ' ἁγνὸς ἦν Tr. 258. ἁγνὸν λουτρόν ut iustum est Ant. 1201. ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε κόρην Ant. 889. ‖ *religiosus*, *sacer*, de cerimoniis. ἁγνὰ θύματα Tr. 287. v. Brunck et Musgr. ad h. l.

*Ἄγνυμι. ἀγῇ librorum quorundam lectio Ph. 639. v. ἀνῇ s. v. ἀνίημι.

Ἀγνωμοσύνη *iniquitas*. μεγάλην δὲ θεοῖς ἀγνωμοσύνην εἰδότες loco suspecto Tr. 1266 anap. Producitur prima. (I p. 8.)

Ἀγνώμων *rationis expers*, non habens rei ullius rationem (*rücksichtslos*): *immitis* inde et *durus*. ἀγνώμονες οἱ κακογνωμονοῦντες, ἐναντιογνώμονες, ἀσύγγνωστοι Suid. ex Soph. l. c. Gr. Bekk. p. 334, 8. Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες OC 86. ἐπεί σε μανθάνω θνητὴν φρονοῦσαν θνητὰ κοὐκ ἀγνώμονα Tr. 473. v. Herm. it. Buttm. in ind. orat. Mid. in v.

Ἀγνώς ‖ *ignarus*. σοῦ μὲν τυχὼν ἀγνῶτος OR 677. ignoras me i. e. iniquus es in me. ἀγνῶτ' ἀναμνήσω νιν = ἐπιλαθόμενον 1133. Primus ita Sophocles. ‖ *ignotus*. παῖδα τόνδ' ἀγνῶτ' ἐμοὶ Ph. 1008. ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων Ant. 1001. δόκησις ἀγνὼς λόγων suspicio [inanis et incerta] OR 681 ch.; quem locum respicit Eustath. p. 694, 17. 793, 4. (ἀγνὼς ἐφόνευσα Tyrwh. et Brunck in OC 547 pro ἁλοὺς εἰ) De accentu vulgo nunc in ultima poni solito plane in contraria discedunt grammatici: v. Lob. ad Ai. 274 et adversus hanc doctrinam eundem in par. ad Phryn. p. 612 et in progr. de motione adi. minus mobil. p. 9 (a. 1831).

Ἄγνωτος *ignotus*. γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι

προσήλθεθ' ἱμείροντες OR 58. Affert locum Suidas v. γνωτός. [Cf. Lob. ad Ai p. 274. et Interpp. ad Arist. Ran. 936. Buttm. Gr. 1 p. 461.]

Ἄγονος *sine prole.* τόκοισι … ἀγόνοις γυναικῶν OR 27 vel ἐξαμβλώσεσι vel στερεότητι, ὥστε τίκτειν οὐδέν.

Ἀγορά (⏑) *forum.* πρὸς μέσῃ Τραχινίων ἀγορᾷ Tr. 372. ἐν μέσῃ Τρ. ἀγ. 424. ἀγορὰ Λύκειος Argis El. 7. Ἄρτεμιν ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον … θάσσει OR 161 ch. Et sic pluralis ἀγοραῖσι θακεῖ in foris sedet OR 20. Sed idem de *concilio* dicitur ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες κλέονται Tr. 638 ch. i. q. ἐκκλησίαι Ἀμφικτυονικαὶ satis usitato anachronismo.

Ἀγοράομαι *narro.* ἕως σὺ ταῖς ἔσωθεν ἠγορῶ ξέναις Tr. 601.

Ἀγορεύω *dico.* οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγώ; OC 838.

Ἄγος (⏑) [Curt. Et. 155 et 384] ἄ. κατ' ἀντίφρασιν τὸ μύσος Gr. Bekk. p. 324, 20 et 330, 26. μίασμα, μύσος Timaeus p. 12. v. Ruhnk. ‖ *piaculum.* λεπτὴ δ', ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις Ant. 256. φορβῆς τοσοῦτον ὡς ἄγος μόνον προθείς Ant. 775. cf. Herm. ad h. l. [et ad Aesch. Cho. 149] ‖ *homo piacularis.* τοιόνδ' ἄγος ἀκάλυπτον οὕτω δεικνύναι OR 1426. de Oedipo sermo. ‖ *sacrum piaculare.* Huc spectat Hesychii glossa ἄγος, ἅγνισμα θυσίας, Σοφ. Φαίδρ. fr. 613 D. [De ἄγος et ἅγος v. Curt. Et. 157 et quae in Thes. Steph. sunt collecta.]

Ἄγρα (⏓). [Curt. Et. 156] ‖ *venatio.* tralate *investigatio.* τῆσδε τῆς ἄγρας χάριν Ai. 93. εἰ μωραῖς δ' ἄγραις προσκείμεθα 406 mel. ἔχων ἀμφ' ἀύπνους ἄγρας 881 ch. [γρ. ἕδρας man. saec. XIV. in LA] indefessa cura vigil et vestigia praedae sequens. — [de suibus] ἀφροδισίαν ἄγραν Danaes fr. 178 D. ap. Hesych. v. ἀφροδίσιος. [ubi reicitur altera interpret. quae est de perdicibus.] ‖ *praeda* venando vel investigando capta. τήνδ' ἐχειρούμην ἄγραν OC 950. εὐχερων ἄγραν ἔχων Ai. 64. [de ovibus] εὐερόν τ' ἄγραν sc. ἄγων Ai. 297 [sic D. cum Schneidew.: εὐκέρων LA]. [In fr. inc. 860 pro ἔχω δὲ χερσὶν ἄγραν βρίακχον post Brunck. scribitur ἀγρίαν β. q. v.] (I p. 9.)

Ἄγραπτος (⏑) *non scriptus.* ὥστ' ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν νόμιμα Ant. 454 [ὡς τἄγρ. Boeckh. c. uno apogr.]. *fas divinum*, lex non scripta sed nata nobiscum, νόμοι ἄγραφοι Xenoph. Mem. 4, 19. V. Spalding. ad Midianam p. 72 ed. Buttm.

Ἄγραυλος (⏑?) [*agrestis*] *ferus.* ἀγραύλου θηρός Ant. 349 ch.

Ἀγρευτής (-) *venator.* ἀγρευτὰν Ἀπόλλω OC. 1091. ab interfecto Pythone is dictus, Pausan. 1, 41, 5. [i. q. ἀγρεύς, θηρευτής.]

Ἀγρεύω (-) *capio.* φιλεῖ γὰρ ἄνδρας πόλεμος ἀγρεύειν νέους Scyr. fr. 498 D. cf. Valck. ad Herod. VII 162. Schrader. ad Mus. p. 188 ed. Lips. Buttm. Lexil. 1, 129. [Curt. Et. 156.]

Ἄγριος (⏓) ‖ *ferus, agrestis* de arboribus et silva. ἄγριον ἔλαιον Tr. 1197. ὑπ' ἀγρίαν ὕλαν OR 476 ch. κατ' ἀγρίαν ὕλην OC 348. ‖ *ferus, saevus* de bestiis. θηρῶν ἀγρίων ἔθνη Ant. 344 ch. ἀγρίου δρακόντος Ant. 1124 ch. ‖ Tralatum inde ad humana, de moribus, dolore, morbo malo. ἐξ ἀγρίας δάμαρτος Ant. 973 ch. Ἅιδης δημιουργὸς ἄγριος Ai. 1035. δι' ὀργῆς ἥτις ἀγριωτάτη OR 344. ἐν δ' ἐμῷ κάρα ἔσεισεν … ἀγρίαις ὁδοῖς (θεός) Ant. 1274 mel. i. e. *saevo consilio.* νόσον ἀγρίαν Ph. 173. [ἀγρίᾳ νόσῳ καταφθίνοντα 265. ἀγρία νόσος Tr. 1030 mel. ἀγρίῳ χαράγματι Ph. 267 de morsu anguis. ἀγρίαν ὀδύνην Tr. 975. ὑπ' ἀγρία[s] λύπης OR 1073. τίς ἄταις ἀγρίαις [ἀνιγραῖς τι[s] ἀάταις M. Schmidt] OR 1205 ch. ἀπ' ἀγρίας πέδας O[R] 1349 mel. de pedibus Oedipi perforatis eorumque do[-] lore dictum. ἀγρίᾳ χερί Tyr. 587, 3 D. ‖ *efferatus* ἀγρίοις ὄσσοισι Ant. 1231. Sic intellige ἀγρίαις φύσαισι fr. inc. 753 D. cf. Toup. ad Longin. p. 7. — ἀγρίου θηρός pr. ἀρχαίου male Wakefield Tr. 555 [ἀγρίαν βρίακχον scil. ἔχω χερσίν c. Brunckio nunc scr[ibit] D. in fr. inc. 860 pro ἄγραν.] Prima in arsi producitur, in thesi vel arsi soluta corripitur Ant. 344. 112[4] ch. OR 1205 dochmii arsi soluta. De formis Piers. a[d] Moer. p. 359. Lips.

Ἀγριόω *effero.* σὺ δ' ἠγρίωσαι Ph. 1321 i[.] efferatus es.

Ἀγροβότας (-) *agrestis.* ἀ. ποιμήν Ph. 214 [sic. apogr.: ἀγροβάτας LA.]

Ἀγρονόμος et ἀγρόνομος (-) *agrestis.* ἀγρονόμοι οἱ ἐν ἀγροῖς διατρίβοντες Gr. Bekk. p. 331, 19 ἀγρονόμων, ἐν ἀγροῖς διαγόντων Hesych. Suid. Si[c] dictum φοιτᾷς … ἔν τ' ἀγρονόμοις αὐλαῖς Ant. 786 ch. De hominum enim domiciliis solis dici αὐλὰς ἀγρονόμους recte ostendit Wexius: unde cum sedibus eorum τὸ νέμειν τοὺς ἀγροὺς tribuatur quod hominum illa tenentium est, recte scribetur ἀγρονόμος αὐλή. Aliu[d] est πλάκες ἀγρόνομοι OR 1103 ch. = ἐν ἀγροῖς νεμόμεναι. [ἀγρονόμοι· ἔνθα τὰ ἄγρια νέμεται, τὰ μ[ὴ] ἥμερα θηρία schol.]

Ἀγρός (⏓) *rus.* ἐν οἴκοις ἢ 'ν ἀγροῖς OR 112[.] ἀγρούς σφε πέμψαι 761. ἐπ' ἀγρῶν 1049. τὸν ἐ[ξ] ἀγρῶν 1051. νῦν δ' ἀγροῖσι τυγχάνει [El. 313. — I[n] arsi producitur ᾱ OR 1049: in ambigua sede iambic[i] versus est OR 754. in thesi corripitur. (I p. 10.)

Ἀγρώστης (⏑) *rusticus.* στείχων δ' ἀγρώστη[ν] ὄχλον Alex. fr. 83 D. ex Eust. p. 533, 40 et schol Ven. Il. ε 158. Fortasse eadem verba respicit Gr Bekk. An. p. 213, 6 et 332, 8 ἀγρῶσται αἱ κυνηγέτα[ι] scribens. De tono praecipit Eustathius et schol. Ven l. c.

Ἀγυιά (⏑) [Curt. Et. 156] *via.* tralate *regio* qualiscunque. [Steph. Byz. ἀγυιά· τόπος δηλῶν τὴν ἐ[ν] τῇ πόλει πορευτὴν ὁδόν.] Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιά[ς] Ant. 1136 ch. χαλινὸν ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς OC 71[5] ch. hac in terra Attica frenum repertum.

Ἀγυιαῖος *vialis.* [Steph. Byz. ἀγυιά· … τ[ὸ] τοπικὸν ἀγυιαῖος Σοφ. Ἑρμιόν. (fr. 211 D.) ὦ πατρῴα[ς] γῆς ἀγυιαίου (ἀγυιαῖον Meinek.) πέδον. Τὸ δὲ ἀγυιαῖο[ς] ὡς ἀρουραῖος.]

Ἀγυιεύς *vialis.* Harpocrat. in schol. Ar. Vesp 370, Gr. Bekk. p. 332, 5. [Suid. s. v. ἀγυιαί· Ἀγυιεύ[ς] ἐστι κίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν . εἶεν δ' ἂν καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι ἀγυιεῖ[ς] οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοί, ὥς φασι Κρατῖνος κα[ὶ] Μένανδρος καὶ Σοφ. ἐν Λαοκ. fr. 340 D. … φησί Λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμός.]

Ἀγύμναστος *non vexatus.* οὐδ' ἀγύμναστόν μ' ἐᾷν (ἔοικεν ἡ νόσος) Tr. 1083.

Ἄγυναιξ *sine uxore.* Choerob. ad Theodos. ap. Bekk. An. p. 1304: Ἀγύναιξ … οἷον Ὡς ὢν ἄπαις τε κἀγύναιξ κἀνέστιος· παρὰ Σοφ. ἐν Ἀθάμ. fr. 5 D. Cf. Lob. parerg. ad Phryn. p. 185 et 659 [v. Pollux 3, 48].

Ἀγυρτής *impostor.* [Curt. Et. 645. EG i. v. ἀγύρται: οἱ τὰ χρήματα ἀγείροντες ἑαυτοῖς ὀνόματι δαίμονος οἷον Ῥέας. cf. μητραγύρτης ap. Aristoph.]

ὑφεὶς μάγον δόλιον ἀγυρτήν OR 388 de Tiresia vate per contumeliam. Vocabulum cum secundum primam tum tralatam significationem illustrarunt praeter EM p. 14, 31 et lexicographos Casaub. ad Theophr. Char. p. 179. Ruhnk. ad Tim. p. 10 et p. 215 (v. περιαγείρεσθαι) et Lob. Aglaoph. 1, 645. De accentu praecipiunt EM p. 436, 1. Gudian. p. 23, 41. schol. Il. ε 158. λ 382.

Ἀγχάζω *retro cedo*. ἄγχαζε: ἀντὶ τοῦ ἀναχώρει· οὕτως Σοφ. fr. inc. 800 D. ap. Gr. Bekk. p. 340, 23.

Ἀγχήρης *vicinus*. Hesych. ἀγχήρης: ὁ ἐγγύς. Σοφ. Ἀθάμ. fr. 6 D. [EM p. 15, 33 ἀγχήρης: ἐγγύς.] Cf. Herm. ad Orph. p. 1076.

Ἄγχι [Curt. Et. 455] *prope*. ὥς σ' ἄγχι γῆς στήσωσι Καδμείας OC 399.

Ἀγχίαλος *maritimus*. Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου Ai. 135 ch. De insulis id dici prope a continenti remotis, exposuere Lob. et Herm.; his augendis haud sane par est Bernhardy ad Dion. Perieg. p. 1006.

*Ἀγχίπολις. v. ἀγχίπτολις.

[Ἀγχίπτολις *accola*. ἀγχ. Ἄρης Ant. 970 ch. ἀρχέπολις Seyff. ἀγχίπολις LA. ἀγχίπτολις Dind. ex apogr. Aug. b et Dresd. a, quamquam πτόλις, quod nomen Aesch. et Eurip. pro πόλις saepe posuerunt, Soph. vitavit.] (I p. 11.)

Ἀγχιστεῖον s. potius pl. τὰ ἀγχιστεῖα *proxima cognatio*. γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων Ant. 174. V. Valck. ad Ammon. p. 7.

Ἀγχιστήρ proprie *genere proximus*: inde tralate Soph. de eo, ad quem quid proxime pertinet tanquam auctorem. τὸν ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους Tr. 256.

Ἄγχιστος *proximus* tum loco tum genere. Illud Ἄπολλον ἄγχιστος γὰρ εἶ OR 919. Hesych. in v. προστατήριος. Hoc εἰ τὸν ἄγχιστόν γε κηρύσσειν χρεών El. 1105.

Ἀγχιτέρμων *finitimus*. ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι Lemn. fr. 349 D. ap. Steph. Byz. in Χρύση, quo loco Chryse Lemni et Troiae confusae sunt. Huc fortasse spectat Gr. Bekk. p. 333, 15 ἀγχιτέρμων ὁ γείτων ὁ ὅμορος et Hesych. ἀγχιτέρμονες οἱ ἐγγύς.

Ἀγχόνη *suspendium*. [Glossatores ἀγχόνη suspendium et ἀγχονή restis differre volunt v. Suid. s. v. EM. s. v. βελόνη. Hesych., cuius differentiae vestigia non extant in codd. cf. Aesch. Eum. 716 Eur. Herc. Fur. 153 Hel. 201.] ἔργα κρείσσον' ἀγχόνης OR 1374. graviora quam quae suspendio luantur. De hac locutione melius quam Monkium ad Alcest. 233 te edocebit illius fons Hemsterhus. ad Lucian. Tim. t. I. p. 416. Bip.

Ἀγχοῦ [Curt. Et. 174] *prope*. ἀγχοῦ … κοὐ μακράν Tr. 962 ch. καί μοι ἀγχοῦ προσῆψεν Ἔλατος ἐν δισκήματι (v. l. δισκεύματι). Acris. fr. 69 D. ap. Steph. Byz. v. Δώτιον.

Ἄγω (⏑) [Curt. Et. 156 et 618] I. Formae. *Activi praesens*. ἄγω OC 183. [832.] 1325. ἄγεις Ai. 382. El. 1035. 1493. Tr. 336. OC. 916. Ant. 401. ἄγει Ph. 724. 941. 945. OR 734. OC 1547. Ant. 343. 624. 810. 916. Creus. fr. 323. inc. 657. ἄγετε Ph. 1029. ἄγουσιν OR 298. Ant. 382. ἄγῃς OC 784. Tr. 495. ἄγοιμι OC. 1419. ἄγοι OC 253. incert. 765 (sic Herm. emend.: ἄγει libri). ἄγοιτε Ant. 1339. ἄγε Tr. 1255. 1259. Ai. 542. 1097. 1413. OC 188. 1733. ἄγετε Ant. 760 bis. 1321. ἄγειν Ph. 90. 102. 901. 1017. OC 933. Ant. 34. 202. 438. Tr. 420. Ai. [1053 ξ superscripto LA] 1097. El. 119. 266. Scyr. fr. 501, 5. ἄγων Ph. 481. 488. 608. 616. Tr. 400. 751. OC 910. 1146. 1342. Ant. 395. 773. 1330. Ai. 234. 296. 568. ἄγουσα OC 354. ἄγον inc. 678, 6. ἄγοντα Ph. 630. Tr. 183. OC 923. ἄγουσι (τοῖς) Ant. 931. ἄγοντας OR 1114. ἀγόντων OC 998. *Imperfectum*. ἦγον OR 784. OC 927. ἦγε Ph. 1039. OR. 753. fr. inc. 730. *Futurum*. ἄξω OC 819. 874. ἄξεις Ai. 986. 1260. ἄξει OR 1069. OC 177. [ἄρῃ Elmsl.] Ph. 527. ἄξομεν Ai. 1248. ἄξετε OC 847. Ant. 885. ἄξουσι Ph. 985. ἄξειν Ph. 594. 1175. [olim] Ai. 1053. v. s. ἄγειν. ἄξων OC 784. ἄξοντες Ph. 563. *Aoristus*. De forma ἦξα ab Atticis vitata v. Lob. ad Phryn. p. 287. ἄγαγες Tr. 858 ch. ἤγαγεν Ph. 638. *Passivi praesens* ἄγομαι [sic LA: ἔρχομαι Dind.] Ant. 869 an. 939. ἄγει OC. 205. *Medium*. [ἄγοιντο Ph. 613.] impf. ἠγόμην OR 775. Thyest. fr. 254. ἄξεται OC 1460. Ant. 351 [sic in apogrr. ἕξεται LA. ἀέξεται Dind.] II. *Usus*. ‖ Plurimis locis de rebus animatis dicitur *agendi ducendi adducendi abducendi* significatione. πρὸς οἶκον … ἄγων Ph. 488. ἐκ βίας μ' ἄξοντες 563. λόγῳ πείσαντες ἄξειν 594. μ' ἄγειν ναύτην 901. ὅς νιν … πατρῴαν ἄγει πρὸς αὐλάν 724 ch. ἐς Τροίαν μ' ἄγει 941. ἄγειν ἀπ' ἀκτῆς τῆσδε 1017. Τρῳάδα γᾶν μ' ἤλπισας ἄξειν 1175 mel. τὸν … μάντιν ὧδ' ἄγουσιν OR 298. ἄξει τις … τὸν βοτῆρά μοι 1069. τοὺς ἄγοντας ὥσπερ οἰκέτας ἔγνωκ' ἐμαυτοῦ 1114. οὔ τοι … σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων … τις ἄξει OC 177 ch. ᾇ σ' ἄγω 183 mel. ἄγε … με παῖ 188 anap. ἔμ' ἄξων οὐχ ἵν' ἐς δόμους ἄγῃς 784. τὴν δ' ἄξω τάχα 819. τοὺς ἐμοὺς ἄγω 832. οὐκ ἄξεθ' ὑμεῖς 847. ἄξω βίᾳ 874. ἄγεις ἃ χρῄζεις 916. ἄγοντα φωτῶν ἀθλίων ἱκτήρια 923. οὔτ' ἂν ἦγον 927. quod iudiciale verbum est; explicat Pflugk. ad Eur. Med. 736. τὰς παῖδας … δεῦρ' ἄγειν 933. τάσδε γὰρ πάρειμ' ἄγων ζώσας 1146. τῇδε γάρ μ' ἄγει Ἑρμῆς 1547. ἄγε με 1733 mel. τοὺς δὲ δουλώσας ἄγειν Ant. 202. ἀπιστοῦσαν τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις 382 an. ch. κόρην ἄγων τήνδε 395. ἄγετε τὸ μῖσος 760. Ἅιδας ζῶσαν ἄγει τὰν Ἀχέροντος ἀκτάν 810 mel. οὐκ ἄξεθ' ὡς τάχιστα; 885. καὶ νῦν ἄγει με 916. τοῖσιν ἄγουσιν 931 anap. ἄγοιτ' ἂν μάταιον ἄνδρ' ἐκποδών 1339 mel. ἡ γυνή … ἣν ἥκεις ἄγων Tr. 400. οὔκουν σὺ ταύτην … ἔφασκες Εὐρύτου σπορὰν ἄγειν; 420. ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς τάνδ' Οἰχαλίας 858 ch. δεσμῶτιν ἄγων ἤλυθε ποίμνην Ai. 234 anap. συνδέτους ἄγων ταύρους 296. ἄγ' αὐτὸν (δεῦρο) 542. τὸν παῖδα … ἄγων 568. οὐχ ὅσον τάχος … αὐτὸν ἄξεις δεῦρο 986. [αὐτὸν οἴκοθεν ἄγειν (superscripto ξ LA) ξύμμαχον 1053.] ἢ σὺ φῂς ἄγειν τὸν ἄνδρα 1097. ἄλλον τιν' ἄξεις ἄνδρα δεῦρο 1260. τί δ' ἐς δόμους ἄγεις με El. 1493. ἀλέκτωρ αὐτὸν ἦγε πρὸς μύλην fr. inc. 730 D. De exercitu ἄγω τὸν Ἄργους ἄφοβον ἐς Θήβας στρατὸν OC 1325. πῶς γὰρ αὖθις ἂν πάλιν στράτευμ' ἄγοιμι 1419. Huc refer de capiendis avibus φῦλον ὀρνίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει Ant. 343 ch. Et passive dictum τίς ὁ πολύπονος ἄγει; OC 205 ch. ἄγομαι [sic LA; ἔρχομαι Dind.] τάνδ' ἑτοίμαν ὁδὸν Ant. 876 mel. ἄγομαι δή 939 mel. Aliquid figuratae dictionis habet εἰ μή τι κέντρον … ἦγ' ὑμᾶς ἐμοῦ Ph. 1039. ἐς κακὸν τοὺς φίλους ἄγειν Ant. 438. τοὺς ὄπισθεν ἐς τὸ πρόσθεν ἄξομεν Ai. 1248. *potiores habebimus*. Huc refer de deorum numine humanas res regente dictum εἰ θεὸς ἄγοι OC 253. cf. Reisig enarr. p. LXI. θεῶν ἀγόντων OC 998. ὅτῳ φρένας θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν Ant. 624 ch. Ζεὺς νόστον ἄγοι τὸν νικομάχαν fr. inc.

εἴ τιν' ἂν δοκεῖς ἄρχειν ἑλέσθαι ξὺν φόβοισι μᾶλλον ἢ ἄτρεστον εὕδοντ', εἰ τά γ' αὔθ' ἕξει κράτη OR 586. ἴσθι δὲ παραφρόνιμον πεφάνθαι μ' ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι 694 ch. δέδοκται, κεῖνος εἰ σφαλήσεται, ταύτῃ σὺν ὁρμῇ κἀμὲ συνθανεῖν Tr. 719. εἰ τάδ' ἡ τεκοῦσα πεύσεται, πικρὰν δοκῶ με πεῖραν τολμήσειν El. 470. Apodosis in participio inest Tr. 1113: πένθος οἷον εἰσορῶ ἕξουσαν, ἀνδρὸς τοῦδε γ' εἰ σφαλήσεται. —.— 4. ‖ Cum *optativo rectae orationis* conditionem *incertam* et a *mente* et *cogitatione loquentis suspensam* ponit, ut ambigi videatur, sitne res, necne it. Apodosis plerumque *optativum* et ἂν continet, mutata paulisper cogitandi ex incerto in certius ratione *indicativo* redditur. *Optativus praesentis* exstat in his xemplis: τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' ὡς οὐ μή ποτε πέρσοιεν, εἰ μὴ τόνδε ἄγοιντο Ph. 612. πόλλ' ἔχοιμι, ἴ μοι παρείκοι 1048, οὐκ, εἰ διδοίης γ' ὡς ἐγὼ σαυτῷ όγον (sc. κακὸς φαινοίμην ἄν) OR 583. τανῦν δ' ύπομπος, εἰ γένοιο 697 ch. sc. γενοῦ vel γένοιο, v. lerm. οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ... ὅστις ἄν, εἰ θεὸς ἄγοι, φυεῖν δύναιτο OC 252 m. ὥσπερ τις εἴ σοι μηδὲν διοίη, ἆρ' ἂν ματαίου τῆσδ' ἂν ἡδονῆς τύχοις; 776.) γὰρ ἂν κακῶς ζῶμεν, εἰ τερποίμεθα 799. εἴ τίς σε τείνοι παραστάς, πότερα πυνθάνοι' ἂν 992. οὔτ' ἂν θέλοις ἔτι πράσσειν, ἐμοῦ δ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα nt. 69. ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν; 34. τάχ' ἂν σαφῆ λέξειεν, εἴ νιν πρὸς βίαν κρίνειν λοις Tr. 388. πότερα δ' ἄν, εἰ νέμοι τις αἵρεσιν, ἴβοις; Ai. 265. εἰ δέ τις θεῶν βλάπτοι, φύγοι τἂν ὁ κακὸς τὸν κρείσσονα 455. οὐκ ἄν ποτ' οὐδ' εἴ μοι . σὰ μέλλοι τις οἴσειν δῶρα, τούτοις ὑπεικάθοιμι El. 19. εἴ μοι λέγοις τὴν ὄψιν, εἴποιμ' ἂν τότε 413. ecte sic D. c. Herm. et Tricl. λέγεις LA. οὐδὲν κίων πτωχός, εἰ καλῶς φρονοῖ fr. inc. 718, 2. — oristo adiungitur εἰ. ὃς κατευνάσειεν, εἴ τι ἐμπέσοι . 699 ch. v. Herm. εἰ δ' ἴδοιμ' ὀλωλότας, δοκοῖμ' τῆς νόσου πεφευγέναι 1043. ἓν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύ μαθεῖν, ἀρχὴν βραχεῖαν εἰ λάβοιμεν OR 121. δ' ἄν σ' ἐπαινέσειαν, εἰ πυθοίατο OC 921. οὐδ' ἂν κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν (sc. ἐνέγκαιτο) Tr. 462. ε σὺ φανείης, σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι (ἂν praecedit te) Ai. 170 an. μέγ' ἄν τι κομπάσειας, ἀσπίδ' εἰ βοις 1122. εἰ σθένος λάβοιμι, δηλώσαιμ' ἄν El. 3. ὡς, εἰ λάβοις σθένος, τὸ τούτων μῖσος ἐκδείξειας ε 347. φαίη δ' ἂν ἡ θανοῦσά γ', εἰ φωνὴν λάβοι 548. γὰρ ἂν τὰ θεῖα μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις οπῶν fr. inc. 659. Sic explicandam Herm. docuit s tentiam OC 1678 m. ὡς μάλιστ' ἄν, εἰ πόθῳ λάβοις, varie tentatam. Subaudiendum βαίης ex illo, quod praecedit, βέβηκεν, aut λάβοις, obiit *quo modo* *optime mortem accipias, si* exoptatam *accipias*. *Op*- *ti* in apodosi proponitur res: εἰ δέ τις βίᾳ σ' ἀποσπάσειε, κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονός Ai. 1175. *Indicativus* in apodosi reperitur: εἰ δ' οὖν τι κἀκτρέποιτο οὔτοι φόνον φανεῖ OR 851. τὸ μανθάνειν ἥδιστον εὖ λέγοντος, εἰ κέρδος λέγοι Ant. 1032. —.— 5 ‖ Cum *optativo obliquae orationis* ita plerumque dicitur, ut apodosis infinitivo reddatur. Q cum ἂν additum habet, sententiae oratione recta diae eadem particula opus est addita; cum non habet, indicativo usuri erant oratione recta loquentes. εἰ ... θέλοι δ', ἄκοντα sc. ἄγειν ὑπέσχετο Ph. 618. λέγω γὰρ καὶ τὰ δύσφορ', εἰ τύχοι κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, πάντ' ἂν εὐτυχεῖν OR 87. ἐπεύχομαι δ', οἴκοισιν εἰ ξυνέστιος γένοιτο παθεῖν 249. Φοῖβος ἀντέπεμψε ἔκλυσιν μόνην ἂν ἐλθεῖν, εἰ τοὺς κτανόντας Λάιον κτείναιμεν 308. ηὔγμην, εἴ ποτ' αὐτὸν ἐς δόμους ἴδοιμι σωθέντα στελεῖν χιτῶνι Tr. 610. εἰ δ' ἐκτὸς ἔλθοις, πημονὰς εὔχου λαβεῖν 1189. ἀνδρί τοι χρεὼν μνήμην προσεῖναι, τερπνὸν εἴ τι που πάθοι Ai. 521. εἶπε εἶρξαι Αἴαντα, εἰ ζῶντ' ἐκεῖνον εἰσιδεῖν θέλοι ποτέ 755. ἄνδρα δ' οὐ δίκαιον, εἰ θάνοι, βλάπτειν τὸν ἐσθλόν 1344. ὥστ' εἰ πατὴρ ἵκοιτο, μηκέτ' ἂν τέρας νομίζειν αὐτό El. 1316. Sed non includitur apodosis infinitivo, quandoquidem non ipsa verba, sed mens loquentis refertur. Ita etiam optativum futuri εἰ sibi addi iubet, quod non fit alias. λόγος καλὸς προσῆν, εἰ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' αἱρήσοιμ' ἰών Ph. 353 *siquidem futurum esset, ut caperetur per me Troia*. οὐδὲν ἐνδεὲς ποιούμενος, εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με 376. δεύτερ' ἡγεῖται τὰ τῆς οἴκοι διαίτης, εἰ πατὴρ τροφὴν ἔχοι OC 352. ἐγερτὶ κινῶν ἄνδρ' ἀνήρ, εἴ τις τοῦδ' ἀκηδήσοι πόνου Ant. 414. v. ἀφειδέω. Optativo futuri usus est, quod in κινῶν inest imperfectum ἐκίνει: quod si praesens esse posset κινεῖ, legeremus etiam huic consentaneum coniunctivum ἤν τις ἀκηδήσῃ. τὰ δείν' ἐπηπείλησ' ἔπη, εἰ μὴ φανοίην πᾶν τὸ συντυχὸν πάθος Ai. 313. Sic Dind. ex apogr. duob.: φανείην LA. Futurum esse docuit Buttm. gr. Gr. 1. §. 88. 6. 93. 3, quo non animadverso φανείη probat Pors. ad Hec. 848, quae est vitiosa quorundam codd. scriptura. Ab his diversus locus est Ant. 505, ipse quoque coniecturis iniuria tentatus: τοῦτο πᾶσιν ἁνδάνειν λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλῄσοι φόβος. v. ἐγκλῄω. —.— 6. ‖ Cum *coniunctivo* dictum paucis nec omnibus satis certis exemplis firmatur: non ut intersit aliquid inter hanc et particulae ἐάν cum coniunctivo dicendae rationem, quod argutius quam verius persequitur Herm. ad OC 1443 et de part. ἄν 2, 7, sed ausi sunt illud tragici morem Homerici sermonis pone secuti. Nec potest omnino particularum esse significationis discrimen, si sententiae conformatio modos verbi regit: ut non alia de causa coalescere ἐάν, ὅταν, ὁπόταν Graeci maluisse existimandi sint, nisi ut modorum differentia etiam externo quodam particulae quasi signo addito manifesto constaret. Hinc intelligitur, cur εἰ, ἐπεί, ἐπειδή et eiusmodi alia in melicis maxime tragoediae partibus cum coniunctivo dicta reperiantur, quippe a sermonis Attici regula maiore licentia aliquantum diversis; imprimis recentioris tragoediae et Euripidis ille mos est. Quam Schneid. ad Plat. Civit. 8. p. 579 d inter εἰ et ἐάν cum coniunctivo dicta distinctionem posuit, eam a me non intelligi ingenue profiteor. Et fere nullius illud ap. Plat. esse fidei ipse fatetur ad 5. p. 473 a; quodque altero illo loco exemplum advocat Legg. 12. p. 958 d alienum est, ut in quo non εἰ sed εἴτε legatur. Nec magis probo Wexii decreta syll. ad Antig. p. 187. — τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ, τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται OR 198 ch. ἤν τι Elmsl. cum probasset, mutasse se sententiam significavit ad Eur. Bacch. 204. 858 ὕβρις φυτεύει τύραννον, ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν 874 ch. unum apogr. ἤν. δυστάλαινα τἄρ ἐγώ, εἰ σοῦ στερηθῶ OC 1443. Fortius εἰ esse, quam ἐάν, et uti eo Antigonam non dubitantem, quin fratre caritura sit, Hermanno concedam, ita tamen ut *quandoquidem* significet et cum *indicativo* dicatur, εἰ στερήσομαι. Relinquitur igitur, ut εἰ στερηθῶ dictum sit pro ἐὰν στερηθῶ. Libri in εἰ consentiunt, itaque etiam Gr. Bekk. An. p. 144, 26. Brunck. ἤν dederat. ἄνδρα, κεἴ τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν πόλλ' αἰσχρὸν οὐδέν Ant. 710. Vitiose plerique codd. κἤν τις, LA κεἴ τις εἰ (i. e. ᾖ), nec minus Thomas p. 267, eoque id certius, quod pro imperitia sua ipsum illud metro adversari affirmat. In Oenom. fr. 418 non εἰ sed pronomen ἵ inest q. v.

Sed nullis admotis machinis modorum imparilitas defendi potuit OR 233, ubi Reisig. c. cr. in OC p. 348 dederat εἰ δ' αὖ σιωπήσεσθε καί τις ἢ φίλου δείσας ἀπώσῃ τοὔπος. Recte nunc editur ἀπώσει (sic LA m. sec.). Porro minime vera coniectura οὐδ' ἂν εἰ τρίτης ἐγὼ μητρὸς φανῶ τρίδουλος Herm. olim, nunc οὐδ' ἂν εἰ 'κ aphaeresi inaudita dedit OR 1062, ubi libri οὐδ' ἂν ἐκ, quod cum ἄν pro ἐάν positum neque tragicum sit et producatur perpetuo, ferri non potuit. Recte οὐδ' ἐάν ex ipsius Hermanni emendatione ad Vig. p. 831. Elmsl. et Neuius. οὐδ' ἄν etsi ad suppressum quendam optativum referri vult Herm., nemo tamen poterit aliter, quam cum futuro ἐκφανεῖ coniunctum cogitare. Pronos autem ad errandum in hac particula cum verbi modo coniungenda fuisse et librarios et grammaticos Byzantinos ostendit Lob. ad Phryn. p. 724, unde et quae Bast. ep. cr. p. 131 et Schaef. in Melet. de εἰ cum coniunctivo authypotactorum copulando decreverant, iam refutata a Iacobsio ad Anthol. Pal. 3. p. 105 plene iudicari poterunt. —.— 7. ‖ *Subauditur verbum.* εἰ δὲ μή (θέμις ἐστί), πάρες Ph. 661. πρόχειρον εἴ τί σοι πάρα ξίφος, πάταξον 747. εἰ δέ σοι μᾶλλον φίλον, οἴσουσί σ' οἵδε 886. εἰ δίκαια, τῶν σοφῶν κρείσσω τάδε 1246. εἰ πράξεις τίμιαι, τί δεῖ με χορεύειν OR 896 ch. πειστέον, κεἰ μηδὲν ἡδύ 1516. αἰτοῦ σύ τ' αὐτὸς κεἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ OC 488. ἀλλ' εἰ θέλοντάς γ' [ἀ. οὐ θελόντων Dind. c. Goebel.] οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν 590 sc. ἐστίν, ὅρα. v. Herm. εἰ δ' ἐνθάδ' ἡδὺ τῷ ξένῳ μίμνειν, σέ νιν τάξω φυλάσσειν 638. cf. 639. ψαύσω, εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα 1131. ἐγὼ δὲ σός, κεἰ μὴ σός, ἄγω τὸν Ἄργους στρατόν 1323. πῶς ἄν, εἴ τις ἔντοπος, δεῦρο Θησέα πόροι; 1457. τί δ', εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ ἂν προσθείμην πλέον; Ant. 39. εἰ δ' ἐγὼ νέος, χρή 728. κέρδη παραινεῖς, εἴ τι κέρδος ἐν κακοῖς 1326. εἰ δίκαιον τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν γνώμαισι δούλαις, κἀμὲ χρὴ φράσαι τόσον Tr. 52. δίδαξον, εἰ διδακτά μοι 64. οἶδα, μύθοις εἴ τι πιστεύειν χρεών 67. δίδαξον, εἰ διδακτόν 671. εἰ θέμις δ', ἐπεύχομαι 809. ἢ τομώτατος (ὁ σφαγεύς) γένοιτ' ἄν, εἴ τῳ καὶ λογίζεσθαι σχολή Ai. 816. ὄλοιτ', εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾶν El. 127 ch. λέγ', εἴ σοι τῷ λόγῳ τις ἡδονή 891. εἴ τις ὠφέλειά γ', οὐκ ἀπώσομαι 944. ἥδε (φράσει), εἰ τὸν ἄγχιστόν γε κηρύσσειν χρεών 1105. πῶς, τόδ' εἰ καλὸν τοὔργον, σκότου δεῖ; 1493. εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος fr. inc. (677). His locis omnibus εἶναι subauditur; eoque etiam OC 487, quod unum refragari exemplum videtur, revocari poterit. Ad ellipticum usum pertinet etiam εἰ cum participio, ut nunc ex verisimili Elmsleii emendatione legitur Ai. 179. ἢ χαλκοθώραξ εἴ τιν' Ἐνυάλιος μομφὰν ἔχων ξυνοῦ δορός [ἢ (ἡ pr.) τιν' (την pr.) LA. σοί τιν' Reisk. ἥντιν' Dind. c. Iohns.]. Elmsl. quidem pleonasmum vocat: rectius ellipsin Herm. Matthiae gr. gr. p. 1094 et Schaef. App. Dem. 2. p. 268; possit, nec minus recte, ad interrogativum genus referri. Idem est τίς ἂν τὸν ὠμόθυμον, εἴ ποθι πλαζόμενον λεύσσων, ἀπύοι Ai. 886 ch. ξίφος, εἴ ποθεν, ἢ γένυν, ἢ βελέων τι προπέμψατε Ph. 1204 m. —.— 8. ‖ Praeterea haec singulatim advertenda. *Duplex* aliquando *protasis* est, interposita apodosi. εἰ γὰρ κτενοῦμεν ἄλλον ἀντ' ἄλλου, σύ τοι πρώτη θάνοις ἄν, εἰ δίκης γε τυγχάνοις El. 582. εἰ δ' ἀπεστερήμεθα, οὐκ ἔστιν ἀνὴρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός Ai. 782. Deinde *protasis et apodosis inter duos colloquentes distribuuntur.* Creon: εἰ δὲ ξυνίῃς μηδέν; Oedipus: ἀρκτέον γ' ὅμως OR 628. Porro *ex prioribus apodosis assumitur:* Ulixes: πότερα δὲ κερτομῶν λέγεις τάδε; Neoptolemus: εἰ κερτόμησίς ἐστι τἀληθῆ λέγειν
Ph. 1236. Nuntius: καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς
δρᾷς. Oed.: πῶς ὦ γεραιέ; Nunt.: εἰ τῶνδε φεύγε
οὕνεκ' εἰς οἴκους μολεῖν OR 1010. Certe hoc elega
tius dicendi genus est, quam particulam interpreta
quandoquidem. Creon: πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυσσεβεῖ τ
μᾷς χάριν; Ant.: οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθαν
νέκυς. Cr.: εἴ τοί σφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυσσεβεῖ Ai
516 sc. τιμᾷς δῆτα. Creon: ὅδ', ὡς ἔοικε, τῇ γυναι
συμμαχεῖν. Haem.: εἴπερ γυνὴ σύ· σοῦ γὰρ ο
προκήδομαι 741. Menel.: ἐγὼ γὰρ ἂν ψέξαιμι δα
μόνων νόμους; Teuc.: εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θ
πτειν παρών Ai. 1131. —.— ☞ II. Εἰ sig
ficat *siquidem* et *quandoquidem*, quod ubi fit, non
ratiocinatio, sed refertur εἰ ad unum quoddam vo
bulum alterius enuntiati, quod circumlocutione ampl
exponitur cum dubitandi quadam adsignificatio
V. Herm. ad Vig. p. 833. Matth. ad Med. 88. εἰ
τὰν Τρῳάδα γᾶν μ' ἤλπισας ἄξειν Ph. 1174 m. (
λέγω τοῦτο). εἴ ποτε ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήμ
τος, ἔλθετε καὶ νῦν OR 165 ch. εἰ πόλιν τήνδ' ἐ
σωσ', οὔ μοι μέλει 443. πῶς δ' οὐχὶ (τρέμω) παῖς
εἰ τῶνδε γεννητῶν ἔφυν 1015. τά γ' ἔργα μου πεπ
θότ' ἐστὶ μᾶλλον, ἢ δεδρακότα, εἴ σοι τὰ μητρὸς
πατρὸς χρείη λέγειν OC 268. ἵν' οὑμὸς νέκυς α
πίεται, εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεύς 623. Non concluditur:
non admittitur contrarium εἰ δὲ Ζεὺς μηκέτι Ζεύς,
πίεται. θαρσεῖν ἐπαινῶ, Φοῖβος εἰ προύπεμψέ σε 6
εἴ τι θέσφατον πατρὶ ἱκνεῖτο, πῶς ἂν τοῦτ' ὀνειδί
ἐμοί; 969. ἵνα μὴ 'ξατιμάζητον, εἰ τυφλοῦ πατ
τοιώδ' ἔφυτον 1378. χρόνῳ φανέντα, χαρτὸν εἰ
καὶ φέρεις Tr. 228. ἀθυμῶ δ' εἰ φανήσομαι κα
μέγ' ἐκπράξασα 666. εἰ φιλητέον, φίλει κείνους A
524. εἰ θέμις εἰπεῖν, οὐκ ἀλλοτρίαν ἄτην, ἀλλ' αὐ
ἁμαρτών 1259 an. οἴκτειρε παῖδα, εἰ διοίσεται μ
Ai. 510. καὶ γὰρ αἰσχρόν, εἰ πύθοιτό τις 1159 i
τὸ πυθέσθαι τινά. εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθη
κρατεῖν, πάντως θανόντος γ' ἄρξομεν 1067. αἰσχύ
μαι μέν, εἰ δοκῶ δυσφορεῖν ὑμῖν ἄγαν El. 254. ξὺ
ταλαίνῃ μητρί, μητέρ' εἰ χρεὼν ταύτην προσαυδᾶν
ὥστε τῷ τεθνηκότι τιμὰς προσάπτειν, εἴ τις ἔστ'
χάρις 356. οὔτοι μάτην γε. εἴ μοι θανόντος π
ἔχων τεκμήρια προσῆλθες 774. ποῦ φαέθων Ἅλ
εἰ ταῦτ' ἐφορῶντες κρύπτουσιν 824 ch. πῶς
οὔκ; εἰ ξένος κέκευθεν 865 m. ἔφρασας ὑπερτ
τᾶς πάρος ἔτι χάριτος, εἴ σε θεὸς ἐπόρισεν 126
εἴ μοι θέμις Διὸς τυραννεῖ πλευμόνων fr. inc. (
14. οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον, θαυμ
ἔχω, οὔτ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη
1139. ἀλλ' οὔ τι τοῦτο θαῦμ' ἔμοιγ' ἀλλ' εἰ πο
Αἴας ἠνείχετο Ph. 408. πολλά σε ζηλῶ βίου, μ
στα δ' εἰ γῆς μὴ πεπείρασαι ξένης Ter. fr. 516.
ἄνδρα θνητόν, εἰ κατέφθιτο, στένεις inc. 725, 1
φθίνουσα τρύχει ψυχάν, καὶ τάδ' εἰ κακοῖς
προσάψει τοῖς πάλαι τὰ πρὸς σφῶν OR 666 ch.
his, quae postrema memoravimus, dictis animi m
significantibus εἰ commode interpreteris ὅτι, q
— Hinc est quod εἰ *cum optativo* aliquando sign
quoties s. *quandocunque.* εἴ του φίλων βλέψειεν
τῶν δέμας, ἔκλαεν Tr. 908. Cf. Elmsl. ad Eur.
1185. —.— ☞ III. *Optandi formulis*
tur. εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὰν ἁγνείαν λ
OR 863 ch. Cetera exempla εἰ γάρ monstrant,
infra tractabitur. Inutili ex hoc genere coniectur
324 tentavit Valck. ad Phoen. 761. Sed finiti
huic significationi est, cum εἰ *dummodo* inte
tamur, in qua particula saepe inest, velle nos
quiddam, quod vereamur, ne sit aliter. τέλος δ' ἐ
Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς, εἰ δὴ καλῶς Tr. 27. εἰ κα

νήσει γ'· ἀλλ' ἀμηχάνων ἐρᾷς Ant. 90. Num huc referam ambigo El. 370: τοῖς λόγοις ἔνεστιν ἀμφοῖν κέρδος, εἰ σὺ μὲν μάθοις τοῖς τῆσδε χρῆσθαι, τοῖς δὲ σοῖς αὕτη πάλιν. Nam id ex conditionali etiam dicendi genere explicari potuit. —.— ☞ IV. *Interrogationem indirectam* q. v. introducit εἰ, *num* s. *si forte* significans. πρὶν ἂν μάθω, εἰ τέθνηχ' ὁ Πηλέως γόνος; Ph. 333. De infelici Locellae ad Xenoph. Ephes. p. 135 coniectura ἢ pro εἰ v. Herm. [qui ut Dind. Wund. Schnw. Seyff. ἢ ex LA rectamque interrogationem posuit]. τοῦτον οἶσθ' εἰ ζῶν κυρεῖ; 444. πρὶν μάθοιμ' εἰ μὴ καὶ πάλιν γνώμην μετοίσεις 961. ἀλλ' ἐκβαλόντες εἰ πάλιν σώσουσ', ὅρα 1391. εἰ μὲν λέγει τάδ', αὐτὸς οἶσθα OR 574 quod etiam pro conditionali sententia accipias. σκέψαι τοῦτο εἴ τιν' ἂν δοκεῖς ἄρχειν ἑλέσθαι σὺν φόβοισι 584. πύθου τὰ χρησθέντα εἰ σαφῶς ἤγγειλά σοι 604. λέγ', εἰ σαφῶς τὸ νεῖκος ἐγκαλῶν ἐρεῖς 702. μάλιστα δ' αὐτὸν εἴπατ' εἰ κάτισθ' ὅπου 926. οἶδεν γὰρ κρινοῦσί σοι εἰ χρή σε μίμνειν OC 80. πότερα πυνθάνοι' ἄν, εἰ πατήρ σ' ὁ καίνων 993. ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὑμῖν ἐγγενὴς ἐστὶ 1167. ἀλλ' εἰ τὸ θάκημ' ἐξαναγκάζει, σκόπει 1179. εἰ ξυμπονήσεις σκόπει Ant. 41. A σκόπει etiam v. 43 εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερὶ pendet. ταῦτ' ἄθρησον, εἰ κατηργυρωμένος λέγω 1077. ἀθρήσατ', εἰ τὸν Αἵμονος φθόγγον συνίημι 1216. αἰῶνα, οὔτ' εἰ χρηστὸς οὔτ' εἴ τῳ κακός Tr. 3. πῶς οὐ πέμπεις τινά, εἰ πατρὸς νέμοι τιν' ὥραν 56 v. Herm. ταρβοῦσαν, εἴ με χρὴ μένειν 176. δίδαξον, εἰ ζῶνθ' Ἡρακλέα προσδέξομαι 233. πρὶν εἰδέναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα 632. ὡς εἰδῶ εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν εἶδος κακούμενον 1068. σκέψαι γάρ, εἴ σοι προσφιλῶς δοκεῖ δέξασθαι El. 442. εἰ δὲ σὺν δίκῃ ξύνεστι, τοῦδε φροντίδ' οὐκέτ' εἰσορῶ 610. πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς, εἰ δώματ' Αἰγίσθου τάδε 661. ἔκμαθ', εἰ σαφῆ λέγω 1223. εἴ που κατ' οἰκόν μοι Κλυταιμνήστρα, κάλει 1473. ἀλίας στραβήλου τῆσδε τέκνον, εἴ τινα δυναίμεθ' εὑρεῖν Camic. fr. 299 sc. ζητοῦμεν s. ἱστοροῦμεν: simile quid certe deest. εἰδὼς τὸ μέλλον οὐδὲν εἰ κέρδος φέρει inc. 725, 2. Recte Herm. scripsit βλέπ' εἰ καίρια φθέγγει Ph. 862 ch. v. βλέπω. Paulo aliter horum exemplorum ratio est: ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν, ἢ φύλλον εἴ τι νώδυνον κάτοιδέ που Ph. 44 *si novit*, *num forte inventurus sit*. Cf. 1205 quod supra adscripsimus. Postremo sic intelligendum esse multum vexatum locum Herm. concessit, Ai. 921 ποῦ Τεῦκρος; ὡς, ἀκμαῖος εἰ βαίη, μόλοι. In distinctione tamen ponenda ab Herm., post ἀκμαῖος incidente, non post ὡς me dissentire significavi in part. ἄν. Sensus est: *utinam veniat*, *si forte tempestivus venturus est*. —.— ☞ V. Iam εἰ *cum aliis particulis* varie, item cum *pronomine* τις *societatem init*. Horum primum commemoramus ‖ εἰ μή *nisi*. ἡ χάρις; εἰ μὴ κακὸς πέφυκα, προσφιλὴς μενεῖ Ph. 558. ὡς οὐ μή ποτε πέρσοιεν, εἰ μὴ τόνδε ἄγοιντο 612. εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα sc. δηλώσειν 618. εἰ μὴ 'γὼ κακὸς γνώμην ἔφυν, προδοὺς μ' ἔοικε τὸν πλοῦν στελεῖν 910. οὐδ' ἂν ὧδ' ἔχοντ' (εἷλεν) εἰ μὴ δόλῳ 948. οὔποτ' ἂν στόλον ἐπλεύσατ' ἄν, εἰ μή τι κέντρον ἦγε 1039. νεὼς ὁμοῦ στείχων ἂν ἢ σοι, εἰ μὴ πέλας ἐλεύσσομεν 1218. εἰ μὴ σοὶ ξυνῆλθε, οὐκ ἄν ποτ' εἶπε OR 572. ἕλοιτο μοῖρα, εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως 889 ch. οὐκέτι εἶμι σέβων, εἰ μὴ τάδε ἁρμόσει 901 ch. καλῶς ἂν ἐξείρητό σοι, εἰ μὴ 'κύρει ζῶσ' ἡ τεκοῦσα 985. ἔδρασ' ἂν εἰ μὴ τοῦ θεοῦ ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν 1438. ὅδε εἰ μὴ δοκῶ OC 104. ὅσπερ, εἰ μὴ ἀνθρώπων ἔφυν κάκιστος, ἀλγῶ 743. δεῦρ' ἄγειν, εἰ μὴ μέτοικος τῆσδε τῆς χώρας θέλεις εἶναι 934. ἐγὼ δέ, σός, κεἰ μὴ σός, σός γέ τοι καλούμενος 1323. Nam κεἰ non est *etsi* sed *et*, *si*. εἰ μὴ ἐκφανεῖτε, οὐχ ὑμὶν Αἴδης μοῦνος ἀρκέσει Ant. 306. λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλῄσαι [v. s. ἐγκλῄω] φόβος 505. ἡμῖν εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα, λέγειν φρονούντως δοκεῖς 681. οἰκτραὶ γάρ, εἰ μὴ ξυμφοραὶ κλέπτουσί με Tr. 242. πρὸς Δηάνειραν (λέγειν δοκῶ), εἰ μὴ κυρῶ λεύσσων μάταια 406. ἐπηπείλησε, εἰ μὴ φανοίην Ai. 313. κεἰ μὴ φρένες ἀπῇξαν, οὐκ ἄν ποτε δίκην ἐψήφισαν 447. κεἰ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν, θανόντες ἂν προυκείμεθα 1057. καὶ σοὶ προσέρπον ὁρῶ τὸ φάρμακον, εἰ μὴ νοῦν κατακτήσει τινά 1256. καιρὸν ἴσθ' ἐληλυθώς, εἰ μὴ ξυνάψων ἀλλὰ συλλύσων πάρει 1317. οὐδ' ἂν ἐμνήσθην ποτὲ εἰ μὴ ἤκουσα El. 374. εἰ μὴ τλημονεστάτη γυνὴ ἔβλαστε, οὐκ ἄν ποτε ἐπέστεφεν 438. εἰ μὴ 'γὼ παράφρων μάντις ἔφυν, εἶσιν ἁ Δίκα 472 ch. μαντεῖαι οὐκ εἰσίν, εἰ μὴ τόδε φάσμα νυκτὸς εὖ κατασχήσει 502 ch. οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ Πολυΐδῳ τῷ Κοιράνου Polyid. fr. 462 a, 2. Legitimus is particulae negantis locus est, ut proxime verbum praecedat; ita cum aliquae interponuntur inter εἰ et μή, nonnunquam hyperbaton efficitur. Interponitur autem his locis: εἰ δ' ἐργάσει μὴ ταῦτα Ph. 66. Hyperbaton est, et monuit Herm. εἰ δὲ μὴ ἐργάσει ordinem legitimum vocabulorum esse. εἰ γὰρ τὰ τοῦδε τόξα μὴ ληφθήσεται 68. εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον OR 255 cum hyperbato. εἰ κείνῳ γένος μὴ 'δυστύχησεν 261. εἰ σὺ μὴ 'κάλεις 432. εἰ τὰ θνητῶν μὴ καταισχύνεσθ' ἔτι γένεθλα 1424. εἰ θέλουσα μὴ πορεύσεται OC 827. εἰ τῆσδε δημοῦχος χθονὸς μὴ 'τύγχανε 1349 [nunc εἰ μέν, τ. δημοῦχοι χ., μ. τ. editur]. εἰ δ' ἐξέφυσα τάσδε μὴ 'μαυτῷ τροφούς 1365 cum hyperbato. εἰ δὲ ταῦτα μὴ φανεῖτε Ant. 324. εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν Ai. 1067. εἰ δὲ μὴ 'στί σοι φίλον 1400. εἰ τῶνδε μὴ λήξεις γόων El. 379. εἰ σταθμοῖσι τοῖσδε μὴ 'κύρουν ἐγὼ πάλαι φυλάσσων 1331. μάλιστα δ' εἰ γῆς μὴ πεπείρασαι ξένης Ter. fr. 516, 2. —.— ‖ εἴ τι μή et εἰ μή τι. εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ ἐπράσσετο OR 124. εἴ τι μὴ τῶμῷ πόθῳ κατέφθιτο 969. εἴ τι μοῖρα μὴ κιγχάνει OC 1450 ch. *εἴ τι μὴ δοκῶ πράσσειν μάταιον Tr. 586 [secl. Dind.]. εἴ τι μὴ ψευσθήσομαι 712. — εἰ μή τι λέξεις παιδί Tr. 732. τι enim non pendet a λέξεις, sed sicut Latinum *forte* incertius pronuntiandae rei constitutum est. εἰ μή τι καιροῦ τυγχάνω El. 31. —.— ‖ εἰ δὲ μή. sic nude: Ph. 661. 962. OR 402. OC 1665. Tr. 373. *587 [secl. Dind.] 1201. 1204. El. 252. fr. Alead. 107, 2. Niptr. 402. In OR 944 cum in libris plerisque et scriptis et impressis legatur εἰ δὲ μὴ λέγω γ' ἐγὼ τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν, in quibus neque ultima versiculi pars nuntio assignanda fuisse videtur, nec particulae δέ sua ratio constet, recte Erf. εἰ μὴ λέγω τἀληθές, priorem versum vocabulo γέρον addendo explens. [Dind. immutato loco εἰ δὲ μή, αὐτὸς ἀξιῶ θανεῖν.] — εἰ δὲ μή τι πρὸς καιρὸν λέγω Ph. 1279. v. El. 31. — ‖ εἰ γάρ γε *utinam enim*. εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ σωτῆρι βαίη OR 80. εἰ γὰρ Αἰγίσθῳ γ' ὁμοῦ El. 1416. Dind. ex libris εἰ γὰρ Αἰγίσθῳ θ' ὁμοῦ, quod nisi distinguatur post εἰ γάρ, explicari non potest: hoc autem aptum non est. Correxit Herm. Extra optandi formulas est *certe siquidem*. εἰ γὰρ οἶδά γ', οὐκ ἀρνήσομαι OR 571. — ‖ εἰ γὰρ δή *siquidem enim*. εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους Ant. 660. — ‖ εἴ γε *certe si*. οὐχ, εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει Ph. 109. εἰ σέ γ' ἐν λόγοις πείθειν δυνησόμεσθα μηδέν 1393. εἰ τῆσδε γ' ἀρχῆς οὕνεκα

Κρέων μ' ὑπελθὼν ἐκβαλεῖν ἱμείρεται OR 383. οὐκ, εἰ διδοίης γ', ὡς ἐγώ, σαυτῷ λόγον 583. εἰ τά γ' αὖθ' ἕξει κράτη 586. ἀλλ' εἰ θέλοντάς [ἀ. οὐ θελόντων Dind. c. Goebel.] γ' οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν OC 590. εἴ μοι θέμις γ' ἦν 644. εἴ σοί γ' ἅπερ φῂς ἐμμενεῖ 648. εἰ σοῦ γ' ὅδ' ἀνὴρ ἔτ' ἴσχει μνῆστιν Ai. 1268. ἦν ἄν, εἰ σύ γ' εὖ φρονεῖν ἠπίστασο El. 394. πρώτη θάνοις ἂν εἰ δίκης γε τυγχάνοις 583. εἴ τις ὠφέλειά γ', οὐκ ἀπώσομαι 944. εἰ τὸν ἄγχιστόν γε κηρύσσειν χρεών 1105. — ‖ εἰ δέ *sin*. εἰ θέμις δ', ἐπεύχομαι Tr. 809. — ‖ εἰ δ' οὖν *sin igitur*. εἰ δ' οὖν τι κἀκτρέποιτο τοῦ πρόσθεν λόγου OR 851. εἰ δ' οὖν κεῖνον θέλων ἐπωφελῆσαι ταῦτ' ἔδρα El. 577. In Ant. 722 subaudito ex prioribus μὴ τοιοῦτος ἔφυ perelegans reticentia (ἀποσιώπησις) reperitur: εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν, καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν. Modeste loquitur Haemon patrem ne offendat veritus. V. Brunck. et Erf. — ‖ εἰ... εἴτε et εἰ... ἤ v. εἴτε et ἤ. — ‖ εἰ καί. 1. *etsi*. εἰ καὶ μὴ βλέπεις OR 302. εἰ καὶ μὴ [sic LA: εἴ τι μὴ Dind. c. L. Stephan.] κλύεις 305 *etsi forte non audivisti*. εἰ καὶ τυραννεῖς 408. εἰ καὶ σῆς δίχα γνώμης λέγω El. 547. λύσω γάρ, εἰ καὶ τῶν τριῶν ἓν οἴσομαι fr. inc. 755. — 2. *si vel*, *si adeo*. πᾶν τοίνυν, εἰ καὶ τοῦτ' ἔτλη, κλύοι τις ἂν Tr. 71. δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών Ai. 1127. — 3. *etiamsi*. εἰ καὶ μακρὰ χάρτ' ἐστίν, ἐργασθήσεται Tr. 1218. εἰ καὶ τρίτ' ἐστί, μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φράσαι OR 283. Sic usitatius καὶ εἰ dicitur. — 4. *num etiam*. πρὶν μάθομ', εἰ καὶ πάλιν γνώμην μετοίσεις Ph. 961. — ‖ εἰ μέν sequente δέ. εἰ μὲν λέγει τάδ', αὐτὸς οἶσθ'· ἐγὼ δέ σου μαθεῖν δικαιῶ τοῦτο OR 574. εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας, πολλ' ἂν παρῄνουν· νῦν δέ OR 1511. εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον, ἄτρωτον οὐ μεθῆκ' ἄν· νῦν δέ OC 905. εἰ μέν, ἄνδρες τῆσδε δημοῦχοι χθονός, μὴ τύγχανε ... οὔ τἄν ποτ' ὀμφῆς τῆς ἐμῆς ἐπῄσθετο. νῦν δέ 1348. εἰ μὲν ἦν κλάουσιν ἰᾶσθαι κακά, ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλάειν ἂν ἦν. νῦν δὲ Scyr. fr. 501, 1. — ‖ εἰ μέν ... εἰ δέ. κεἰ μὲν φοβεῖται ... εἰ δ' αὖ OR 227. εἰ μὲν ... ἔχεις ... εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν OC 1020 sqq.. εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλά, εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι Ant. 925 sqq. εἰ μὲν ἐκ κείνου μαθὼν ψεύδει ... εἰ δ' αὐτός Tr. 449 sqq. εἰ μὲν πέφηνεν ἐσθλά, δὸς τελεσφόρα, εἰ δ' ἐχθρά, ... μέθες El. 646 sq. εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν· εἰ δὲ μή, λέγε Niptr. fr. 402. — ‖ εἰ μὲν οὖν *siquidem igitur*. εἰ μὲν οὖν ἔτι λέξει τὸν αὐτὸν ἀριθμόν OR 843. εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς φίλα Ant. 925. εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν Niptr. fr. 402. — ‖ εἴ ποθεν *sicunde*, cum ellipsi. ξίφος, εἴ ποθεν, προπέμψατε Ph. 1204 m. — ‖ εἴ ποθι *sicubi*, cum ellipsi. τίς ἂν .. τὸν ὠμόθυμον, εἴ ποθι πλαζόμενον λεύσσων, ἀπύοι Ai. 886 ch. — ‖ εἴ ποτε *si quando*. ἐξ ὠκυβόλων εἴ ποτε τόξων πτανοῖς ἰοῖς ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν Ph. 710 ch. εἴ ποτ' αὐτὸν ἐς δόμους ἴδοιμι σωθέντα Tr. 610. εἴ ποτε ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα, ἔλθετε καὶ νῦν OR 164 ch. De hoc particularum usu in obtestando v. Blomf. ad Aesch. Ag. 503. — ‖ εἴ που *si forte*. El. 1473. Nam in Tr. 908 nunc rectius legitur εἴ του. Interponitur aliquid τοῦτον εἰ βαλεῖτέ που Ai. 1308 v. Hoogev. Doctr. Part. p. 262. Wytt. ad Plut. Cons. ad Apoll. p. 113 a. — ‖ εἰ ... τε interposito vocabulo non dicitur. Nam quod olim legebatur et Suid. habet OC 260 εἰ τάς τ' Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας manifesti vitii tenetur, cum aliud non sequatur τε. Recte ex schol. Rom. τάς γ' Ἀθήνας Brunck. correxit. — ‖ εἴ τι Ph. 49. 469. [699 ch. e Dind. emend.] 747. OR 198 ch. 294. OC 969. 1139. 1450 ch. 1480 ch. Ant. 724. 1326. Tr. 59. 67. 305. 397. 416. 445. 1155. El. 359 fr. Epig. 197, 3. Lac. 337, 1. Interposito vocabulo Ph. 652. 1039. OR 644. 1364 m. OC 1331. Ai. 329. 1314. εἴ τι καί Tr. 227. εἰ ... τι καί interposito vocabulo Ph. 292. OR 1110. εἴ τί που Ai. 521 et interposito aliquo εἴ τι ... που Ph. 44. Haec quae adhuc rettulimus, pronomen cum substantive tum adiective dictum et vel obiecti vel subiecti vices explens exhibent; quae sequuntur, adverbiascens habent. πόλει μαχεῖ γάρ, εἴ τι πημανεῖς ἐμέ OC 837. εἴ με πημανεῖς τι Ai. 1314. εἴ τι κἄμ' οἰκτείρετε Ph. 1042. εἴ τι σέβει ξένον 1163 ch. εἰ δ' οὖν τι κἀκτρέποιτο OR 851. — ‖ εἴ τις. Ph. 699 ch. [εἴ τι Dind.] OC 456. 488. 992. 1006. 1167. 1457. 1663. Ant. 414. 719. Tr. *586 [secl. Dind.]. 943. El. 356. 944. 1004. 1460. Interponitur vocabulum El. 359. 891. OR 230. 883 ch. OC 509. Ai. 265. 455. 1057. 1159. 1175. Niptr. fr. 402. Memorabiliora propter sermonis usum haec sunt: νυμφείων ὄτλον ἄλγιστον ἔσχον, εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή Tr. 8 *si qua, gravissimas*. οὐδὲ ... ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ', ἀλλ' εἴ τις βροτῶν, θαυμαστός OC 1664. Ad tertium Sophocleum exemplum πρὸς πόλιν σθένουσαν ἥκων, εἴ τιν' Ἑλλάδος, μέγα OC 734, conferri merentur, quae Schaef. et Elmsl. adscripserunt; ante hos iam de illa loquendi formula disputarat Valck. ad Phoen. 1589. v. Expl. meam. — ‖ Casuum obliquorum *genit.* εἴ τινος legitur Ph. 621. *dat.* εἴ τῳ El. 240 m. Tr. 3. Ai. 816. *acc.* εἴ τινα Ai. 1396. OR 311. 584. OC 9. Camic. fr. 299. Ellipsin habet illud, quod modo apposuimus exemplum OC 734. *Plur. nom.* εἴ τινες legitur El. 638. *acc.* εἴ τινας Ph. 1115 ch. — ‖ εἴ τοι *siquidem*. εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν εἶναι ... οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς OR 549. εἴ τοι νομίζεις ἄνδρα συγγενῆ κακῶς δρῶν οὐχ ὑφέξειν τὴν δίκην, οὐκ εὖ φρονεῖς 551. εἴ τοί σφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυσσεβεῖ Ant. 516. — ‖ *Crasin* κεἰ vide in καί. (I p. 499 m.)

Εἴβω [Lob. Path. 1, 108 sq.] *destillo*. Ἰσμήνη φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη Ant. 527 an. Optimi codd. δάκρυα λειβομένα plane contra versum verum Tricl. servavit [recep. Dind.].

Εἰδέναι v. οἶδα.

Εἰδοθέα n. pr. Cadmi sororis huius meminisse fertur Soph. Tymp. fr. 565.

Εἶδος *forma*. κείνης ὁρῶν λωβητὸν εἶδος ἐν δίκῃ κακούμενον Tr. 1069. ἦ σὸν τὸ κλεινὸν εἶδος Ἠλέκτρας τόδε; El. 1177 ea circumlocutione, in qua δέμας usitatius. — Leni spiritu notari observarunt EM p. 420, 36. Gud. p. 242, 40.

Εἰδυῖα fr. 491 v. Ἰδυῖα.

Εἴδωλον [Lob. Path. prol. 134] *imago*. Proprie: σκιᾶς εἴδωλον Tyr. fr. 588, 6. — *species*, ad significata *labe prioris habitus praestantioris:* κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν ἢ καπνοῦ σκιάν, εἴδωλον ἄλλως Ph. 947. De se Philoctetes loquitur. οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον εἴδωλον OC 110 [de circumlocutione v. s. δέμας]. Adsignificatur *res vilipendenda:* ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν εἴδωλα ὅσοιπερ ζῶμεν ἢ κούφην σκιάν Ai. 126. illustrat Lob.

Εἴθε [Lob. Path. 2, 245.] *utinam*. Cum indicativo dictum imperfecti vel aoristi optatum significat, cui assequendo impares sumus, cum optativo tale, quod expleri possit. εἴθε et εἰ γάρ felicius Hermanno distinxit Nitzsch. ad Hom. Od. 1, 265. εἴθε

εἴθε μήποτ' εἰδόμαν OR 1217 ch. εἴθ' ὤφελες τοιάδε τὴν γνώμην εἶναι El. 1022. [εἴθ' ἦσθα σώφρων ἔργα τοῖς λόγοις ἴσα fr. inc. 747.] — εἴθε μήποτε γνοίης, ὃς εἶ OR 1068. εἴθε αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμι OC 1082 ch. εἴθ' ἀνεμόεσσά τις γένοιτο αὔρα Tr. 953 ch. cod. Par. ἔνθ'· εἴθε σοῦ διαμπερὲς στέρνων ἔχοιτ' ἄλγησις ἥδε Ph. 791. LA et Tricl. εἴθε σου. εἴθ' ὑμὶν ἀμφοῖν νοῦς γένοιτο σωφρονεῖν Ai. 1264. εἴθ' εὖ φρονήσαντ' εἰσίδοιμί πως Alcm. fr. 95 ap. Porphyr. Qu. Hom. I. Sed Eust. p. 1448, 6 eodem versu usus πως omittit nec fabulae nomen addit. — Falso legitur Ph. 1092 ch. εἴθ' αἰθέρος ἄνω πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος ἕλωσί με. Sed nec εἴθε cum coniunctivo dici potuit, et producta prima dochmii syllaba elegantius vitatur ut cum versu antistrophico congruat mensura. Recte iudicavit de hoc loco Matth. ad Hecub. 424 [et Dind. PSG. ed. 5]; duo Euripidis exempla εἴθε sic cum coniunctivo dicti emendavit Herm. Idem feliciter emendavit ἴθ' αἰθέρος ἄνω.

Εἰκάζω proprie *comparo*, inde *coniicio*, *opinor*. ἡμῖν μὲν εἰκάζουσι καὶ τὰ τοῦδ' ἔπη ὀργῇ λελέχθαι καὶ τὰ σὰ δοκεῖ OR 404. ὡς σάφ' εἰκάσαι OC 16. ἀφεικάσαι LA π ab S superscr. ἀπεικάσαι apogr. Tricl. et Suid. v. ἀπεικάζω. πάντα εἰκάσαι πάρα 1504. ἔστιν μὲν εἰκάσαι 1677 m. Libri οὐκ ἔστι μέν contra sententiae rationem: manifestum enim, de quo loquuntur. Reisig. distinxit οὐκ ἔστιν, εἰκάσαι: *non est* (Oedipus), *videlicet*. Sed neque aptum illud, quasi adhuc de vivo an mortuo coniectura fieret, et misere friget εἰκάσαι. Illud Herm. reperit: aliam idem suspicionem protulit ὃ κἄστιν εἰκάσαι. — τί τοῦτ' ἂν εἰκάσειας; Ant. 1244 *cui rei comparaveris* i. e. quid dicas de hac re. ἀλλ' εἰκάσαι μέν, ἡδύς OR 82 *si licet coniicere* v. Blomf. ad Aesch. Pers. 251. — Auctarum formarum unum exemplum est αὐτὸς εἰκασας καλῶς El. 662. Libri enim in hac scriptura consentiunt: Brunck. ᾔκασας restituit, quod consensu omnes Atticum dicunt. Vide schol. Dion. Thr. p. 804. EM p. 166, 36. 121, 38. 400, 26 coll. 419, 30, quo loco Apollon. satis insolenter ι subscribi fertur vetuisse; Moer. p. 182. Eust. p. 38, 3. 50, 18. Ap. Aristoph. aucta forma certissime constat; v. Valck. ad Phoen. 165 et Brunck. ad Ar. Nub. 350; ap. Platonem ne altera quidem librorum caret auctoritate, etsi Ruhnk. ad Tim. p. 95 a librariis illatam arbitratur. V. Schneid. ad Civit. 5. p. 473 c. Sed Thucydidis nomini non nimium dandum est, quod Kuehlstaedt. fecit de dial. tr. p. 122: verbum enim apud illum semel auctum reperitur 2, 54. Tragicorum quidem libros fluctuare videmus, ut tamen non aucta scriptura plurimos fideiussores habeat; v. Aesch. Choe. 633. Suppl. 288. Sept. 431. Ag. 1244. Eur. Heracl. 677. Phoen. 421, v. Matth. Editores sibi minime constiterunt. [Dind. ubique auctas dedit formas.] Mihi quidem probabilis videtur Blomfieldi sententia, auctam formam recentioris atticismi et scriptorum, qui inprimis habiti pro sermonis regula sunt, videri.

Εἰκαθεῖν *cedere*. ἀλλ' εἰκάθω δῆτα Ph. 1352. τί σοι θέλεις δῆτ' εἰκάθω OR 651 m. τάδ' εἰκαθεῖν OC 1178. μῆνιν βαρεῖαν εἰκαθεῖν ὁρμωμένῳ τῷδ' ἀνδρί 1328 *ab ira in eum absistere*. τό τ' εἰκαθεῖν γὰρ δεινόν Ant. 1096. τοῖς κρατοῦσι δ' εἰκαθεῖν El. 396. τοῖς κρατοῦσιν εἰκαθεῖν 1014. [Quibus quinque locis LA εἰκάθειν exhibet, εἰκαθεῖν restituit Elmsl.] εἰκαθόντα συμπράσσειν Tr. 1177. Cum in ἀμυναθεῖν significaverimus probari nobis Elmsleii sententiam (ad Med. 186) hoc et eiusmodi alia verba authypotacta esse et praesente carere, ut ἀμυναθεῖν, εἰκαθεῖν scribendum sit, non ἀμυνάθειν, εἰκάθειν, hunc locum, quo aliquanto accuratius ea de re disputaremus, delegimus. Excludimus autem ea omnia, quae *genere intransitiva*, *significatione talia sunt*, *quae statum aut indolem rei et naturam indicent*: volut φλεγέθω, quod iniuria Herm. εἰκάθω defensurus antestatur ad Ant. 1083, μινύθω, τελέθω, θαλέθω, φθινύθω, πελάθω, κιάθω et μετακιάθω, φαέθω, βαρύθω, ἠερέθομαι, νεμέθομαι, ut quorum omnium et praesentia omnibus nota exstent, et significatio talis sit, quae rei non momento temporis absolutae nec cito conversae in aliam conditionem, sed manentis et perpetuae sensum moveat. Sunt autem huius quaestionis plura capita, nondum satis omnia in consilium adhibita. Primum est de *significatu verbi*. Qui si talis est, qualis illorum, quorum modo mentionem fecimus, intransitivorum, etiamsi praesentis indicativi nullum manifesto exemplum constaret, tamen in authypotactis numeranda esse negaremus. Longe aliud est in ἀμυναθεῖν, διωκαθεῖν, εἰκαθεῖν, εἰργαθεῖν et ἀπειργαθεῖν, σχεθεῖν et κατασχεθεῖν: non quod defensio, cessio, retentio, cohibitio non possit per longius quoddam tempus manens cogitari, sed quod illa intransitiva aut necessario paulatim et pedetentim faciendi notionem una continent, velut πελάθειν, μινύθειν, φθινύθειν, aut indolem natura ingenitam, quae nec tolli ullo modo nec in brevius cogi possit, velut θαλέθειν, φλεγέθειν; haec autem omnia aut repente orti consilii incipiendaeve actionis cogitationem movent, velut διωκαθεῖν, εἰκαθεῖν (*converti ad cedendum*, cum modo restiteris), aut eventus et facti momenti, velut ἀμυναθεῖν, εἰργαθεῖν, σχεθεῖν. Deinde ratio habenda *inclinamenti*, quod non magis necessario praesentis esse videtur quam ασχον, εσχον, ισχον, quanquam sunt praesentia in εθω et υθω exeuntia, sicut etiam sunt in ασχω. Quin aliquid solertiae quaesitum a primis Graecae linguae conditoribus in eo videtur, quod cum syllabas ασχ, εσχ imperfecto significando constituerint, finitima illis αθ, εθ aoristi supplementa esse voluerint. Tertium momentum facit *sententia dicti* et *adiunctae aliorum verborum partes*, manifestas temporum notas prae se ferentes. Quartum a *testimoniis veterum* petitur: qui quanquam qualibuscunque vocabulorum formis nominativos et praesentia tempora affinxerunt, aliquid tamen eatenus fide faciunt, quando aoristorum aut imperfectorum indicativis, illorum praesentiumve infinitivis utuntur ad sensum illorum verborum explanandum. Quod quintum est, non exstare illorum ullius, quae authypotacta esse putamus, praesens, omnes consentiunt: nec id momentum rei facere ipsi diximus, nisi ubi alia certae fidei documenta adsint. Iam haec singula in singulorum verborum usu perpendemus. —.— ‖ De ἀλκαθεῖν vide quae supra p. 28 in v. scripsimus. —.— ‖ ἀμυναθεῖν. Ratio iubet de *momento et eventu defensionis* cogitare uno brevissimo tempore absolutae, quo quis tutus redditus est. Exempla verbi non ante tragicos dicti haec sunt. Sophocleum locum v. supra p. 40. λέξας τόνδ' ἀμυναθοῦ ψόγον Aesch. Eum. 438. ὄνομα γὰρ τὸ σόν μ' ἀπώλεσ', ᾧ σ' ἀμυναθεῖν χρεών Eur. IA 910. Libri ubique penacute. Non sensui modo optime convenit aoristus, sed etiam quod praecedit ἀλλ' ἄμυνον v. 903, et quod sequitur οὐκ ἔχω βωμὸν καταφυγεῖν, v. 911. ἄκουσον, εἰ καὶ σοῖς φίλοις ἀμυναθεῖν χρήζεις, τὸ πραχθὲν Eur. Andr. 1079. Libri in ἀμυνάθειν videntur consentire: Pflugk. ἀμυναθεῖν edidit. ἢ μὴ ξίφος λαβοῦσ' ἀμυνάθοιτό σε ἔδει-

σας; ib 721. Recte ἀμύναιτο melius convenire ad sententiam, quam ἀμύνοιτο Elmsl. dicit l. c. ἀμυνάθετέ μοι τυπτομένῳ πάσῃ τέχνῃ Arist. Nub. 1323. Videamus testimonia. Hoc Aristophanis loco cod. Porsoni L et Iunt. a ἀμύνασθε habet, quod interpretis esse sed verae scripturae pariter et sensus testimonium non magis dubitari potest, quam quod in gl. Reg. 4 ap. Brunck. est, βοηθήσατε. Imperiti scholion est τὸ ἀμύνειν καὶ ἀμυνάθειν λέγουσι. Phot. p. 70, 14. ἠμύναθον, ἤμυνα. Hesych. quidem, ut solent vulgo, ἀμυνάθειν, ἀμύνειν, βοηθεῖν, et EM p. 8, 19 cum ceteris etiam ἀμυνάθω agnoscit. —.— ‖ διωκαθεῖν aut incipiendi cursus aut currendo assequendi notione praeditum est. Tragici non dixerunt, praeter Eur. Erechth. 364, 25 μήποτε αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκαθεῖν. Dind. PSG c. Elmsl. inflexit, vulgo penacute scribebatur. Sententia utrumque patitur. Aeschylum et Philemonem a διωκάθει et διωκάθουσα immunes esse iure iussit Elmsl. l. c., cum tribuissent Casaub. et Pors. καί μοι γενοῦ ξύμβουλος, εἴτ' αὐτοὺς γραφὴν διωκάθω γραψάμενος Ar. Nub. 1482. Coniuncti aoristi praetervidendi non sunt. Platonica exempla Civit. p. 375 a. Euthyphr. 15 d. Gorg. 483 a aut praesens adiunctum monstrant, aut sensus utriusque temporis usum commode permittit. Timaeus p. 87 praesens agnoscit διωκάθειν, διώκειν ἐγκαλοῦντα ἢ τρέχοντα. Codd. nonnulli Civ. p. 475 a διώκειν exhibent, interpretationem redolens. Hesychius, ut solet, διωκάθειν, διώκειν. —.— ‖ εἰκαθεῖν. Notio verbi aoristo bene congruit; quippe ut cedamus, brevissimo illo temporis puncto, quo decrevimus facere, absolvitur. Sophoclea exempla posuimus, suntque omnia eiusmodi, ut aoristum libenter ferant. Ceteri tragici eo verbo abstinuerunt. Epicorum recentiorum Apoll. Rh. 1, 505. 2, 590 et ὑπείκαθον 4, 339 posuit; Oppian. autem Halieut. v. 500 ὑπεικαθέων participio usus satis clarus testis est. Compositorum παρεικαθεῖν Soph. dixit OC 1334, ubi cum αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικάθειν sit in LA, additum aoristum alterum indicio verae scripturae esse bene iudicavit Elmsl. ad v. 1015; minime enim frequens ea dicendi ratio Sophocli, quae Euripidi usitatissima, ut aoristi et praesentis optativos, coniunctivos, infinitivos pari ordine componat. Ita Phil. 1350 sqq. legitur πῶς ἀπιστήσω λόγοις τοῖς τοῦδ', ὃς εὔνους ὢν ἐμοὶ παρῄνεσεν· ἀλλ' εἰκάθω δῆτα; Item παρεικαθεῖν scribendum Ant. 1102; LA penacute; et ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἄν ποτε ... τούτοις ὑπεικάθοιμι exstat El. 361, quod *non cesserim* significans rectius videtur, quam si *non cedam* vertas. Veterum Suid. εἴκαθεν ὑπεχώρει et εἰκάθειν εἴκειν κατὰ παραγωγὴν scribit cum Sophoclis auctoritate (El. 1014); item ὑπεικάθων; ὑποχωρῶν, καὶ ὑπεικάθοιμι παρὰ Σοφοκλεῖ (El. 361); quod cave spernas. Infinitivi enim et facilius affingi potuerunt quam praesentia, et in accentu labi proclive erat: at illud negligendum non est, nusquam dici εἰκάθω, εἴκω, ὑποχωρῶ: patet enim lexicorum conditores praesentis nullam reperisse memoriam. Suidae illis verbis haud dissimilia schol. OC 1334 habet: εἰκάθειν, παραγώγως ἀντὶ τοῦ εἴκειν. Schol. Laur. Ant. 1102 explicat τὸ ὑποχωρεῖν γὰρ δεινόν, et Tricl. τὸ εἰκάθειν καὶ ὑποτάσσεσθαι τῷ μάντει. Melior auctor haud dubie Phot. est p. 394, 5 παρεικάθη παρέλθη scribens; ι in altero cod. omittitur, in altero παρείκαθι, παρέλθε (sic) [η supra] exstat. —.— ‖ εἰργαθεῖν aoristus est apertissime. Nam ap. Hom. semper et in sententia primaria et rem uno quasi impetu celeriter peractam significante reperitur, de imperfecto ut ne cogitari quidem possit; et ubique aoristis adhibitis a grammaticis explicatur: v. Il. 5, 147 ubi Eust. p. 533, 5: ἀπεῖρξεν, διεχώρισεν, 11, 437 ubi Eust. p. 854, 33: ἀπεῖρξεν, ἀπήγαγεν, ἀπεκόλλησε et schol. Ven. ἐχώρισεν, διέσπασε. 21, 599 ubi quod ap. Eust. scribitur ἀπῆργε vitiosum est. Od. 21, 221. Eust. explicatur ἀποέρξας ἤτοι ἀπαγαγών p. 1907, 7. Ne ap Apoll. Rhod. quidem non potest pro aoristo accipi Nam τῆμος μέν, ἐπεὶ κνέφας ἔργαθε νυκτός, εὔκηλο ἐμέλοντο περὶ σφίσιν Arg. 3, 1171 non τῆμος ... ἐπε proxime coniungenda habet, sed τῆμος ἐμέλοντο quod pendet ab aoristo ἐπεὶ ἔργαθε, *quia noctis cali gine adhuc fuerant impediti, quominus facerent aliter* Praeter hunc locum, etsi ἐέργω et εἴργω crebro pro stant, εἰργαθεῖν apud illum non reperitur. Cum ali aoristo coniunctum legitur Hom. Il. 5, 147. Ap Aeschyl. autem cum praesente compositum suo iur utitur. Nam cum dixit κήρυσσε, κῆρυξ, καὶ στρατὸ κατειργαθοῦ (non pugno, si quis κατειργάθου scriba in illa accentus mediorum incertitudine) Eum. 566 recte consociantur causa facti, quae est aliquoties ite rata praeconis vox, et eventus una simul absolutus ut in concionem coëat et taceat populus congregatus *fac ut assideat*. Sensus necessario postulat aoristur in τὰ μέν σ' ὀκνῶ χαίρουσαν εἰργαθεῖν [LA penacuit El. 1271, nec minus τοῦτο νῦν πεπράξεται, ἣν μή σ' κραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ OC 862 *nisi ante prohi buerit;* sic recte Elmsl. Nec pugnat (Καπανεὺς) το σόνδ' ἐκόμπασε, μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθει Διὸς τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν Eur Phoen. 1175 Pors. Scholiastae quidem praesentibu utuntur ad explicandum et unus sapienter εἴργω κοι νόν, εἰργάθω ποιητικόν, quod Valcken. emendari ἀτ τικόν scribendo vult. Hesych. ἐέργαθεν: ἐχώρισε ἢ φανῆναι ἢ ὁμοιωθῆναι, quod alienum existimante interpretes graviter labuntur. Sequentia δόξαι, κω λῦσαι, γνῶναι transpositione sananda sunt et sic scri benda κωλῦσαι δόξαι ἢ γνῶναι. In εἴργαθε expl cando miscet idem scribens διεῖργεν, ἐκώλυεν, ἔπρασσε διεῖλε, διέκοψεν, velut in ἀποέργαθεν, ἐχώριζε ἠφόριζεν, quod posterius manifesto mendo liberabimu corrigentes ἀφώριζεν. —.— ‖ σχεθεῖν et compo sita ap. Hom. cum significatione tum forma σχεθέει aoristi naturam adeo manifestam produnt, ut nemi iam contrariae sententiae patrocinari in mentem ve nire possit. [cf. Buttm. §. 112 n. 15. Ahrens. hom Formenl. §. 100, 3.] Eust. et schol. Ven. perpetu aoristis ad explicandum utuntur, velut ἔσχον, ἀνέ παυσε, ἐπαύσατο, ἐσκέπασε, ἐκώλυσε: v. ad Il. 4 113. 7, 188. 277. 11, 702. 15, 653. 16, 340. 1[9] 119. 418. 24, 374. schol. min. ad Od. 8, 542. Eus ad 10, 95 schol. Apoll. Rh. 3, 48. Sensu ambiguu est Il. 7, 277, sed quia cum alio aoristo coniungitu de significatione facilis suspicio; praeterea vide 1[0] 461. 13, 163. 14, 490. 15, 653. 19, 119. 24, 37[4] Od. 9, 294. 14, 494. hymn. Cer. 126 et aliis locis al quot, quos Dammii index monstrat. Infinitivi sua naturam aperte prae se ferunt, Il. 23, 466. Od. 5, 32[0] Apoll. Rh. 1, 876. Ap. Pindar. infinitivus exstat O 1, 71. Pyth. 4, 75; alii modi Ol. 9, 88. Pyth. [6] 19. 10, 62. Isthm. 3, 72. fr. Prosod. 2, 6 passim fals accentu. Explicatur praesente φυλάσσεσθαι scho Pyth. 4, 75, sed aoristo σχοίη Pyth. 10, 62: et aor stum non patitur modo sed vel postulat sententi tenor Ol. 9, 88, ubi tres codd. Bodlei. ἔσχε, fragn Prosod. 2, 6. Tragicorum Aeschylus σχεθεῖν Prom

16. [σχέθειν Medic. ubique ut σχέθων] Suppl. 75. 429. σχεθών Cho. 832. σχέθοις Eum. 857. κατασχεθών Suppl. 1067. ἐπισχέθοι Sept. 453. Soph. ἔσχεθε Tham. fr. 230, 2, κατασχεθεῖν Ant. 1200. [κατασχέθειν LA]. κατασχεθόντες El. 754 [κατασχέθοντες LA]. Eurip. ἔσχεθες Phoen. 408 [sic MVBC. ἔσχες recentes plures. ἔχων cod. Ven.]. Med. 1027. σχέθη Alcm. fr. 88, 2 [sic Vulcanius pro σκεθρήν]. σχέθοι Rhes. 602; Aristoph. παρασχεθεῖν Eqq. 320. Haec omnia aoristum admittunt, deposcunt autem necessario Soph. Tham. fr. 230, 2, ubi de parienda prole dictum ἔσχεθε κοῦρον, El. 754, ubi μόλις κατασχεθόντες ἱππικὸν δρόμον est *postquam cohibuimus;* Aesch. Eum. 857 de accipiendo honore dictum, Choeph. 832 de animo adsciscendo, Prom. 16 de impetrando a sese, Sept. 75 de occupando et potiendo, Suppl. 1067 de patrocinio et liberatione a malis, in quibus verbis eandem atque Soph. El. 754 participii rationem constare video: ὅσπερ Ἰὼ πημονᾶς ἐλύσατ' εὖ χειρὶ παιωνίᾳ κατασχεθὼν εὐμενεῖ βίᾳ κτίσας, *manu imposita;* quod adiuncto κτίσας magis etiam perspicuum redditur: porro Eur. Med. 1027. πρὶν σφῷν ὄνασθαι κἀπιδεῖν εὐδαίμονας, πρὶν λέκτρα καὶ γυναῖκα καὶ γαμηλίους εὐνὰς ἀγῆλαι λαμπάδας τ' ἀνασχεθεῖν, quae et pluribus aoristis enuntiantur et vim futuri exacti habent; clarissimum autem omnium est Alcm. fr. 88, 1: γυναῖκες, ὁρμήθητε, μηδ' ἀθυμίαν σχέθη τις ὑμῶν. Inepte igitur EM p. 739, 51 imperfectum vocat et a σχῶ factum σχέθω, cum ipsum illud σχῶ in usu nunquam fuerit et thematicum praesens esse vel a Pseudo-Herodiano π. αὐθυποτάκτων p. 1086 haud obscure significetur. Ap. Hesych. cum σχέθον recte explicetur κατέσχον, statim insequens σχέθων, κατέχων vix dubito, quin corrigendum sit σχεθών, κατασχών. Et hoc verbum αὐθυπότακτον esse nunc cum Elmsleio consentiunt Matth. ad Eur. Med. 1016. Schaef. ad Med. 1023. Dind. ad Ar. Eq. 320. Nec sine gravi offensa hominum communem Graecitatis fontem Homerum perpetuo respicientium fieri potuit, ut Attici poetae ab illius usu in verbo fere quotidiano et tralaticio descivissent.

Εἰκαῖος *supinus*. τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή Iph. fr. 288.

Εἰκαστός *comparandus*. μορφῇ μάλιστ' εἰκαστὸν ὥστε πρίονος ἐκβρώματ' ἂν βλέψειας Tr. 699.

Εἰκῆ *temere*. εἰκῆ κράτιστον ζῆν OR 979 gl. ὡς ἔτυχε (rectius ὡς ἂν τύχῃ), ἁπλῶς καὶ ἀφροντίστως καὶ μὴ πρὸς μαντείας ὁρῶντα.

Εἰκός v. ἔοικα. (I p. 506 l. 3.)

Εἰκότως *merito*. τοῦτ' ἐμοὶ πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατῄνεσεν OC 432. πῶς γ' ἂν τό γ' ἄκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις, 977.

Εἴκω *concedo*. εἶκε θυμῷ καὶ [καὶ θυμῷ Dind.] μετάστασιν δίδου Ant. 718 v. θυμός et μετάστασις. εἶκε τῷ θανόντι 1029. ἀλλ' ἥμιν εἶκε OC 1201. — στυγνὸς μὲν εἴκων δῆλος εἶ OR 673. εἴκοντας ἃ δεῖ OC 172 an. — εἴκειν δ' οὐκ ἐπίσταται κακοῖς Ant. 472. εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς εἴκειν Ai. 667. κοὐκ ἀρκέσει ποθ' ἥμιν εἴκειν ἃ τοῖς πολλοῖσιν ἤρεσκεν κριταῖς; 1243. In his si accusativus additur, is adverbiascit. Sed aliquando etiam *factitivum* verbum est: ὁπηνίκ' ἂν θεὸς πλοῦν ἥμιν εἴκῃ Ph. 465. LA ἥκῃ addito schol. διδῷ συγχωρήσῃ. [Qui aoristi formas coniectura inferunt, εἶξον Musgr. OC 1192 et εἶξας Wolff. Ai. 257 an.; improbandi sunt.]

Εἱλύω [Curt. Et. n. 527] *volvo*. Passivum, quod vulgo *medium* vocant, de incessu claudicantis Philoctetae incerto et difficili dicitur: πρὸς δὲ τοῦτο εἱλυόμην δύστηνον ἐξέλκων πόδα Ph. 291. De eodem illo chorus εἷρπε τότ' ἂν εἱλυόμενος, παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας 701. Cf. Valck. ad Adoniaz. p. 247 c. — Mediam syllabam veteres produxerunt; recentioribus communem visam ostendit Iacobs. ad Anthol. Pal. 3. p. 588.

Εἷμα [Curt. Et. n. 565] *amiculum*. ὑφ' εἵματος κρυφεὶς Ai. 1145. εἵματος διὰ πτυχῶν Pel. fr. 437. — εἱμάτων περόνας OR 1268.

Εἶμι [Curt. Et. n. 615]. I. *Formae. Praes.* εἶμι Ph. 132. 461. 626. 1353. OR 495 ch. 897 ch. 1007. OC 503. Tr. 86. 389. Ai. 654. 690. 810. 1401. Quam scripturam acerrimus analogiae propugnator Apollonius defendisse dicitur a Choerob. ad Theod. p. 1366, ἶμι, quod ἴμεν ἴτε sola in usu essent, cui adversabatur propter constantem παράδοσιν Herodianus, eius hodie vix reperitur vestigium, nec ullum certe in scenica Graecorum poesi. — εἶ Ph. 975. 1366. Tr. 83. OR 637. OC 835 ch. εἶσι Ph. 1199 m. El. 475 ch. OR 1458. OC 1352. fr. inc. 813, olim ἐστίν vulgatum. — ἴω Ant. 315. ἴῃ Ph. 25 ubi libri omnes εἴη: verum Camerar. invenit. fr. inc. 717, 1. ἴωμεν Ph. 464. 533. 637. 1061. 1172 bis. OR 861. — ἴθι Ph. 480. 733. 750. 832 chor. bis. OR 46. 47. 1468. 1469. 1515. OC 797. 904. 1398. El. 1106. Tr. 1070. 1146. Ai. 988. 1003. ἴτω Ph. 120. OR 669. 1458. Ant. 1328 m. bis. 1331 m. bis. Tr. 207 ch. Pel. 435, 5. ἴτε OR 1413. 1480. OC 106. 107. 248 m. Ant. 1215. Ai. 843. — ἰών Ph. 353. OR 460. 603. 773. 782. 1402. OC 618. 1393. Ant. 742. 768. Ai. 304. 466 [quibus locis praeter Ant. 742 in fine versuum positum est]. ἰόν OR 324 acc. El. 374. ἰόντα sing. Ph. 1221. OC 1771 an. ἰόντος Oenom. 421, 5. ἰόντες Ai. 806. — *Imperf.* ᾔει inc. L. 8 Brck. ἴσαν Homerico more in libris scribitur Tr. 513 ch., nisi quod minus perspicuo vitio Harlei. ᾖσαν. Schol. libros sequitur. Brunckius ex Bentlei coniectura ᾔισαν deletis verbis sequentibus ἐς μέσον, scilicet versus antistrophici causa, in quo emendando Herm. rem gessit melius. *Imperfectum medii* ἱέμεσθα circumferebatur Ant. 432, quod omni analogiae adeo adversatur, ut neque Brunckii (ad OR 1242) nec Bastii decretis (ep. cr. p. 232) quisquam moveri posse videatur, ut Graecum putet, recteque iudicarint Bernh. ad Dion. Per. p. 766 et Dind. ad Markl. Suppl. 699. Lips. ἱέμεσθα nunc et in LA repertum sit, iure id restitutum est. —.— II. *Usus.* || Tralaticia *eundi* significatio est. Qua cum constet inprimis indicativum praesentis eiusque potissimum singularem numerum futuri vim sibi vindicasse, quem unum Atticum usum vocant (v. Intpp. Moeridis p. 15), tragicorum certe Aesch. Homericum morem praesentis significatione ponendi non prorsus omisit. V. Herm. Opusc. 2, 326. Ap. Soph. nihil eiusmodi certo constat. ἐγὼ δὲ πρὸς ναῦν εἶμι Ph. 132. νῦν δ' εἶμι πρὸς ναῦν 461. ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἶμ' ἐπὶ ναῦν 626. εἶτα πῶς εἰς φῶς τάδ' ἔρξας εἶμι 1353. οὐκέτι τὸν ἄθικτον εἶμι γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν OR 897 ch. οὔποτ' εἶμι τοῖς φυτεύσασιν γ' ὁμοῦ 1007. ἀλλ' εἶμ' ἐγὼ τελοῦσα OC 504. ἀλλ' εἶμι Tr. 86. 389. ἀλλ' εἶμι πρὸς λουτρά Ai. 654. ἀλλ' εἶμι κἀγὼ κεῖσε 810. — οὐκ εἶ πάλιν Ph. 975. οὐκ εἶ σύ τ' οἴκους OR 637. Horum alia consilium vel voluntatem adsignificant, velut OR 637. 897. Ph. 975. 1353, alia significant *in eo esse, ut facias,* et his

Ὁδός. ‖ *via*. σχιστὴ δ' ὁδὸς OR 733. v. Musgr. l. c. et Mueller. Orchom. et Min. p. 37. κἀξ ὁδοῦ με πρὸς βίαν ἠλαυνέτην 804. cf. 1399. σύ μ' ἐξ ὁδοῦ τόδε [sic Martin.: πόδα LA] κρύψον κατ' ἄλσος OC 113. φύλαξ ἔβην τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυνηγίᾳ Ai. 37. *processi*. βοῦς ὑπὸ μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται 1254. παρακτίαν στείχων ὁδὸν Thes. fr. 233 a. βᾶτ' εἰς ὁδὸν inc. 724, 1. — ἐν τριπλαῖς ὁδοῖς OR 1399. de illa σχιστῇ ὁδῷ. ἔνθα δίστομοι συμβάλλουσιν ἐμπόρων ὁδοί OC 901. — ‖ *iter* s. *quam quis facit, via*. ἡ δ' ὁδὸς πορευτέα Ph. 993. κατερητύσων δ' ὁδόν, ἣν στέλλει 1416 an. συμπράκτωρ ὁδοῦ OR 116. *itineris consors*. σὲ τῆσδε τῆς ὁδοῦ δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι 1478. Recte schol. rec.: ἕνεκα ταύτης τῆς ὁδοῦ, ἧς ἔπεμψας δηλονότι τὰς κόρας. Altera ratio ap. Tricl. prostans de *vita futura* vel *imperii tenendo cursu* sententiarum rationi minime congruit. Totus enim in desiderio filiarum Oedipus est. — μακρὰν γὰρ προὐστάλης ὁδὸν OC 20. τήνδε τὴν ὁδὸν 96. ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ 1019. *viam praeire*. τῆς δεῦρ' ὁδοῦ 1165. οἷον ἄρ' ὁδοῦ τέλος Ἄργους ἀφωρμήθημεν 1400. ἐμοὶ μὲν ἥδ' ὁδὸς ἔσται μέλουσα δύσποτμος 1432. iter cum exercitu ad Thebas obsidendas suscipiendum dicit. θεῶν τύχην τις ἐσθλὴν ἧκε τῆσδε τῆς ὁδοῦ 1506. ὁδὸς βραχεῖα γίγνεται μακρά Ant. 232. ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν 988. ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ Tr. 108 ch. ὁδὸν τὴν τελευταίαν ὡρμᾶτ' ἀπ' οἴκων 155. ὁ τήνδε τὴν ὁδὸν πέμπων Ai. 738. ὁδὸς θ' ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δὴ μάλιστα τοὐμὸν σπλάγχνον 994. οἵπερ ἐστάλην ὁδοῦ El. 404. ἰὼ φιλτάταν ὁδὸν ἐπαξιώσας ὧδέ μοι φανῆναι 1274 m. γελῶντας ἐχθροὺς παύσομεν τῇ νῦν ὁδῷ 1295. ἥτις μιᾷ σε τῇδ' ὁδῷ θανόντα τε καὶ ζῶντ' ἐσεῖδον 1314. τοιαύτην ἐξήκεις ὁδὸν 1318. ἡ δ' ὁδὸς βραδύνεται 1501. *itio*. — ὁδοῖς ἐν ταῖσδ' ἀκούων OC 553. ταῖς παρελθούσαις ὁδοῖς 1397. ὁδοῖς κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν Ant. 226. ἆρα δυστυχεστάτην κέλευθον ἕρπω τῶν παρελθουσῶν ὁδῶν; 1213. εὐτυχοῦντα ταῖσδε ταῖς ὁδοῖς El. 68. — ‖ *Tralate* bifariam dicitur. *Primum* de *itinere mortis insistendo*. Huius loquendi formulae haec exempla sunt: τὰν νεάταν ὁδὸν στείχουσαν Ant. 807 m. ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδὸν 876 m. [quo loco τάνδε πυμάταν coni. Reisig., ἔρχομαι τὰν πυμάταν dedit Dind.] βέβηκε Δῃάνειρα τὴν πανυστάτην ὁδῶν ἁπασῶν Tr. 875. Quorum exemplorum alterum propius a primitiva vocabuli significatione abest. Deinde de *ratione cogitandi faciendique*. πολλὰς ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις OR 67. θεὸς μέγα βάρος μ' ἔχων ἔπαισεν, ἐν δ' ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς Ant. 1274 m. *saevis modis impegit et irruit*. Sic videtur intelligendum Creus. fr. 324., ubi cum quis se nolle nimiis uti opibus professus sit, ita pergit: φθονεραὶ γὰρ ὁδοί; quod si de sententia non plane, ut videtur absoluta existimare licet, *vitae modum invidiae plenum* significat. — Hinc illud est quod exstat de *auspicii capiendi* et *divinationis* varia ratione et arte, de qua re v. Spanhem. ad Callim. lavacr. Pall. p. 625. τὰ πρῶτα μὲν δόρει κρατύνων, πρῶτα δ' οἰωνῶν ὁδοῖς OC 1314; hoc quidem, de avium praepetum volatu dictum viam transferendi vocabuli praemunit. φθονήσας μήτ' ἀπ' οἰωνῶν φάτιν, μήτ' εἴ τιν' ἄλλην μαντικῆς ἔχεις ὁδὸν OR 311. gl. μέθοδον. Cf. Brunck. l. c. et in ind. in Aristoph. v. ὁδός.

Ὁδουρός *latro*. πειρατάς, τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς λέγομεν· κυρίως δὲ τοὺς ἐν ὁδῷ κακουργοῦντας· παρ' ὃ δὴ καὶ ὁδουροὺς αὐτοὺς λέγουσιν. — Σοφ. ἐν Αἰγεῖ· (fr. 23.) πῶς δῆτ' ὁδουρὸν οἷος ἐξέβης λαθών; schol. Pind. Pyth. 2, 62. [In cod. Gotting. ὁδουρῶν, unde Nauck. ὁδουρῶν σμηνός.] Acuitur: v. EM p. 353, 16. cf. 460, 21.

Ὀδούς *dens*. ὀδόντι πρῖε τὸ στόμα fr. inc. 777. — De tono laudasse satis est Herod. π. μ. λ. p. 21, 33.

Ὀδυνάω *dolorem creo*. Medium s. passivum potius *dolere* significans legitur: ἀλγοῦσα κὠδυνωμένη El. 804. (II p. 279, 6.)

Ὀδύνη *dolor*. Proprie *corporis*: ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ λιμῷ τ' οἰκτρὸς Ph. 185 ch. ὕπν' ὀδύνας ἀδαής, ὕπνε δ' ἀλγέων 827 ch. ἐν δυσαπαλλάκτοις ὀδύναις Tr. 959 ch. δυσιάτους interpretatur schol. Rom. μὴ κινήσῃς ἀγρίαν ὀδύνην πατρός 975 an. πεπονημένος ἀλλήκτοις ὀδύναις 986 an. λαθίπονον δ' ὀδυνᾶν βίοτον 1021 m., ut Musgr. quidem coniecit. Illa ex schol. fluxit emendatio, τὴν λαθίπονον ἴασιν τῶν ὀδυνῶν exhibente: libri ὀδύναν βιότου. Quod Apitzio videtur λαθίπονον ὀδυνᾶν βιότου, adscita parte Musgravianae emendationis posse scribi, si λαθίπονον βιότου componas, sensu cassum est, si ὀδυνᾶν βιότου, putidum. Tertia ratio excogitari potest, βίοτον λαθίπονον ὀδύναν, quasi λαθὼν τὴν ὀδύνην, adiectivo cum casu verbi dicto. Sed praestat Musgravii ratio. δίπτυχοι γὰρ ὀδύναι μιν ἤρικον Ach. Am. fr. 164. si illud Sophoclis est, v. ἐρείκω. — Transfertur ad *animi* dolorem: τὸ γὰρ ἐσλεύσσειν οἰκεῖα πάθη μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει Ai. 262 an. ἐξῶσαι γλώσσας ὀδύναν Ph. 1142 ch. Explicuimus sententiam aliquanto difficiliorem in v. γλῶσσα. — De accentu v. Arc. p. 112, 18.

Ὄδυρμα *fletus, lamentatio*. κατεῖδον πανδάκρυτ' ὀδύρματα τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην Tr. 50. οὔτ' ὀδυρμάτων ἐλείπετ' οὐδὲν 936.

Ὀδύρομαι *lamentor*. *τοιαῦτα καὶ λέγει κὠδύρεται Ai. 327. [secl. Nauck.] *et sermonibus et lamentationibus profert*. ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρε-

ται 383. μή τοι μ' ὀδύρου OC 1439. Elmsleium contra libros δύρου corrigentem, alterum autem eripientem tragicis refutat Herm. ipsius verbis, quippe unum exemplum Eur. Phoen. 1761 productiori formae praesidio esse fassi. Cf. δύρομαι. τὴν παῖδα ταύτην οἱ' δδύρεται πόλις Ant. 693.

'Ὀδύσασθαι *odisse*. πολλοὶ γὰρ ὠδύσαντο δυσσεβεῖς ἐμοί (fr. 408.) rationem nominis sibi inditi reddens Ulixes dicit. Brunckius versiculos eos duos in Niptris posuit, nec minus bene ad Syndipnon referrentur. ὠδύσαντο, quod vulgo sic scribebatur, retinendi causa nulla fuit.

'Ὀδυσσεύς n. pr. 'Ὀδυσσεύς Ph. 371. 429. 568. δῖος 344. αὐτὸς ὀδυσσεὺς 572. δόλιος 'Ὀδυσσεύς 608. 'Ὀδυσσεύς Ai. 149 an. 971. ὀρθῶς 'Ὀδυσσεὺς εἰμ' ἐπώνυμος κακοῖς Niptr. fr. 408, 1. Sed vitiosam librorum scripturam φῶτ' ἐχθοδοπόν, μυρί' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ' ὅσ' ἐφ' ἡμῖν κακ' ἐμήσατ' 'Ὀδυσσεύς [ὦ Ζεῦ dedit Dind.] Ph. 1138 m. et illud arguit, quod Ulixes ipse φώς ille est ἐχθοδοπός, et versus ratio. Nomen additum ab aliquo, qui φῶτα ἐχθοδοπόν explicaturus esset. — ['Ὀδυσσεὺς μαινόμενος inscripta erat fabula Soph., cuius sunt ap. Dind. fr. 411—415 a. — De fabula quae fertur 'Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ v. Νίπτρα.] — 'Ὀδυσσεῦ Ai. 36. 118. 1346. 1374. Ph. 1046. ἄναξ 'Ὀδυσσεῦ Ai. 1316. 1321. Ph. 26. ἄριστ' 'Ὀδυσσεῦ Ai. 1381. — ἡ δ' 'Ὀδυσσέως βία Ph. 314. 592. τῆς 'Ὀδυσσέως βίας Ph. 321. πρὸς τοῦ κακίστου κἀκ κακῶν 'Ὀδυσσέως 384. ἐξ 'Ατρειδῶν ἔργα κἀξ 'Ὀδυσσέως 406. πλὴν γ' 'Ὀδυσσέως 441. 'Ὀδυσσέως λέγοντος 596. τῆς 'Ὀδυσσέως νεώς 636. 'Ὀδυσσέως χάριν Ai. 953. ἆρ' 'Ὀδυσσέως κλύω Ph. 970. 'Ὀδυσσέως, ἐμοῦ γε 971. μῶν 'Ὀδυσσέως ἐπῃσθόμην; 1295. *Αἴαντα ὕστερον δίκῃ 'Ὀδυσσέως ἔκριναν 1366. [Brunck. delevit.] — ἀμφ' 'Ὀδυσσεῖ Ai. 303. 'Ὀδυσσεῖ παρέδοσαν Ph. 64. — 'Ὀδυσσέα τὸν σὸν ἐνστάτην λέγω Ai. 104. — 'Ὀδυσσέα ἐλεύσσομεν Ph. 1220. Hoc loco ᾱ accusativi producitur, in Ai. 104. [ubi vult 'Ὀδυσσῆ Nauck.] cum synizesi pronuntiandum tribus syllabis. Tenuior forma inprimis Homerica non legitur. [nam non probabile Ai. 149 in anapaestis Soph. posuisse 'Ὀδυσεύς ut voluit Nauck.]

'Ὀδωτός. ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδωτά OC 495. schol. vet. οὐχ ὁδωτά: οὐκ ἐν ὁδῷ, οὐδὲ ἀνυστά. οἷον, οὐ βαδιστέα μοι οὐδὲ πρακτέον ταῦτα. schol. sec. ὁδωτά: ἀνυστά, εὐωδωμένα viam ad libationes et preces fundendas a se viribus imbecillo confici non posse Oed. ait. (II p. 280, 19.)

"Ὅθεν *unde*. ‖ Proprie bifariam significat. Primum *eum, unde aliquid vel venit, vel exit et amovetur, locum.* δῶμα Πελοπιδῶν, ὅθεν σε πατρὸς ἐκ φόνων [φονῶν Dind.] ἤνεγκα κἀξέσωσα El. 11. ὅθεν μόλοι πανάμερος (sc. ἐκ νησιώτιδος ἑστίας) Tr. 660 ch. εἴρπε .... ὅθεν εὐμάρει' ὑπάρχοι, πόρον Ph. 704 ch. [cf. s. εἰλύω] ad ea loca accessit, unde mali sui levamen arcesseret. Et cum notissima attractione: βῆναι κεῖθεν ὅθεν περ ἥκει OC 1227. cf. κεῖθεν, quod adverbium hic a relativo altero attractione afficitur; ipsum autem ὅθεν a praepositione attractionem patitur Tr. 701: ἐκ δὲ γῆς ὅθεν προὔκειτ', ἀναζέουσι θρομβώδεις ἀφροί. Nam si accuratius consideres, ὅπου προὔκειτο dicendum; dicitur ὅθεν, quod sententiae vis in spumis ex humo ebullientibus cernitur. *Altera* significatio rerum secundum locorum propinquitatem deinceps sequentium est; quemadmodum etiam Latinis *inde* dicere mos est. ὅθεν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν fr. inc. 782, 1. — ‖ Ad fontem rei et originem indicandam *transfertur*, et a locis quidem genitalibus sumpta figura: τὴν τεκοῦσαν ἤροσεν, ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη OR 1498.

"Ὅθι *ubi*. εἴην, ὅθι δαΐων ἀνδρῶν τάχ' ἐπιστροφαὶ "Αρη μίξουσιν OC 1044 ch. Sed cum non sit nisi melicarum partium ὅθι, quod recte sec. Elmsleium monuit Herm. ad Eur. IT 35., El. 709. non ὅθι sed ὅτε latet [ὅπου coni. Dind.]. — De tono disputat Apoll. de adv. p. 573, 14. (II p. 281, 2.)

'Ὀθοὕνεκα cum ab aliis disiuncte scribatur ὅθ' οὕνεκα, a plurimis uno vocabulo, diversa etiam ab origine repetitur. Schaef. quidem cum divisim scribens etiam reprehendere alterius rationis patronos videatur ad Ai. 123, in ind. Hecubae Porsonianae ab ὅτι ducendum affirmat, altera parte num οὕνεκα an ἕνεκα sit, non ultra definita; quorum illud abundantiam habet, hoc sensu evertitur. Subtilius quam vere Reisig. enarr. OC p. 128 ex ὅθι οὕνεκα coaluisse existimat, ut sit *ubi id est, cuius causa quidque fit.* Lob. in Aiace primum iunctim scribi curavit, quam rationem cum Buttmanno probasset (Gr. Mai. I. p. 121.) et Hermanno, eandem accuratius persecutus parerg. ad Phryn. p. 657., ne non intelligeretur, quod brevitatis summae studioso ab ipso Buttmanno acciderat, diligenter cavit. Et puto nunc vulgo consentiri, ut οὕνεκα ex οὗ ἕνεκα, ita ὁθούνεκα ex ὅτου ἕνεκα contractum esse. Sed imponendam syllabae alteri coronidem esse, nisi quis universe innocentis illius signi, ut Angli quidam, hostis sit, recte dicit Passov. iure miratus quod nemo vulgo faciat. — ‖ Causam rei factae circumlocutione reddit, ὅτι, *quod* significatione aequans. *Optativum* sic non patitur, nisi orationis obliquae. ὁθούνεκ' οὐκ ὄψαιτό νιν OR 1271. *Indicativum* autem in re facta faciendave recta oratione significanda: ὁθούνεκ' ἦν σοι Πόλυβος οὐδὲν ἐν γένει OR 1016. πρατόν νιν ἐξέπεμψεν, ὁθούνεκ' αὐτὸν μοῦνον δόλῳ ἔκτανεν Tr. 277. ὁθούνεχ' ὑστάτην σ' ἔπεμψ' ἐγὼ 571. ἐποικτείρω δέ νιν, ὁθούνεκ' ἄτῃ συγκατέζευκται κακῇ Ai. 123. ζηλοῦν ἔχω, ὁθούνεκ' οὐδὲν τῶνδ' ἐπαισθάνει κακῶν 553. ὁθούνεκ' ἐξεύρομεν ζητοῦντες ἐχθίω Φρυγῶν 1052. ὁθούνεκ' εἰμὶ τοῖς φονεῦσι σύντροφος El. 1190. — ‖ Plane ut ὡς et ὅτι, quae sentias dicasve proponendis constitutum est, qua orationis forma etiam infinitivo utimur. *Indicativum* plerisque locis ut in re certa nec opinabili adsciscit. οἶδ' ὁθούνεχ' ἵξεται Ph. 634. (λέγοις ἄν), ὁθούνεκ', εἰ μὴ σοὶ ξυνῆλθε, τὰς ἐμὰς οὐκ ἄν ποτ' εἶπε Λαΐου διαφθοράς OR 572. γνώσει τάδε, ὁθούνεκ' αὐτὸς αὐτὸν οὔτε νῦν καλὰ δρᾷς, οὔτε πρόσθεν εἴργασαι OC 853. ἐκλανθάνει, ὁθούνεκ' εἴ τις γῆ θεοὺς ἐπίσταται σεβίζειν, ἥ δὲ τοῦθ' ὑπερφέρει 1006. οὐ κάτοισθ' ὁθούνεκα ξυνηγορεῖς σιγῶσα τῷ κατηγόρῳ; Tr. 813. ἄγγελλε δ' ὅρκῳ προστιθεὶς ὁθούνεκα τέθνηκ' 'Ὀρέστης El. 47. μανθάνω δ' ὁθούνεκα ἔξωρα πράσσω 617. Subanditur indicativus: κλύων, ὁθούνεκ' Αἴγισθος μὲν οὐ κατὰ στέγας El. 1308. Sed *optativus* sequitur, cum res non tanquam facta, sed ex loquentis, qualis ipsi videatur, mente proponitur; nec tamen nisi sententia, unde suspenditur secundaria altera, praeteritum verbi habet: ἤδη δ' ὁθούνεκ' ἄνδρα καὶ πατροκτόνον κἄναγνον οὐ δεξοίατο OC 944. (II p. 282, 2.)

Οἴ interiectio significandi *doloris* potissimum, sed aliquando etiam indignabundam exclamationem efficit, per quam addito ὡς causa doloris inferatur. Cuius rei ap. comicos usitatioris ap. Soph. unum exemplum exstat, οἴμ' ὡς λάλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ Ant. 320. *ohe*,

quam loquax es. [Similia huius quae sunt exempla v. infra.] — Dolorem significans ‖ cum *nominativo pronominis personalis* coniungitur, maxime additur adiectivo. οἴ 'γώ Ai. 803. οἴ γὼ τάλαινα El. 674. 1115. Verisimile est, sic extrito ε scribi in plerisque libris [in LA his tribus locis mansit ε], etsi horum in hoc genere non maxima est auctoritas; certe ea est ε pronomen et praepositiones ordientis natura, ut aphaeresi tum facile, tum necessario exterminetur. ‖ Maxime usitatum est οἴ *cum dativo*, οἴμοι, quod sic coniunctim scribendum esse primum ex eo constat, quod eliditur ultima, dein quod Apollonius in adverbii naturam degenerasse, pronominis exuisse diserte testatur de pron. p. 42. de adverb. p. 536, 28., hoc quidem loco eos refellens, qui contra communem, ut videtur, antiquitatis usum unum esse vocabulum negabant. Dativus saepe *solus* additur: Ph. 332. 363. 426. 917. 969. 976. 978. 1063. 1350. OR 1033. 1169. 1419. OC 1254. Ant. 49. 86. 1105. Tr. 741. 1133. 1145. 1230. 1241. Ai. 791. 809. 920. 944. 1002. 1024. El. 1475. 1479. Haec quidem *diverbiorum* sunt, et exclamandi vocabulum ipso versu comprehensum [ita ut aut initio ut Ph. 426 aut medio sit positum] exhibent, praeter Ai. 1002. At *melicorum* haec: Ant. 838. 1270. 1275. 1294. OR 1316. Tr. 971. 972., intra versum haec duo et Ant. 1270, reliqua ut exclamationes singula membra efficiant. *Anapaestorum* unum est Ant. 933. Cum *adverbio* praeterea addito dicta haec sunt: οἴμοι μάλ' αὖθις OR 1317. Tr. 1206. senariorum utrumque, ita tamen ut ille melicae lamentationi proxime inferatur. Porro additur *nominativus pronominis aut adiectivi* ad eum, qui dolens exclamat, spectans, de quo genere disputat Apoll. de pron. p. 43. ridens eos, qui ὤμοι s. ᾤμοι ἐγώ tanquam abnorme dicendi genus mirarentur. οἴμοι τάλας Ph. 416. 622. 995. OR 744. οἴμοι τάλαινα El. 788. 883. 926. 930. 1108. 1409. OC 828. 1427. Ant. 554. Tr. 375. Ai. 800., quae omnia diverbiorum sunt. οἴμοι ἐγὼ τλάμων Tr. 986 an., quorum anapaestorum ratione non perspecta Brunckius μοι iteravit. Additur etiam *vocativus alloquendi.* οἴμοι πάτερ, τί μ' εἶπας Tr. 1203 in senario. Porro cum *genitivo* dicitur, cuius eadem vis, quae nominativi, explicandus autem ex casus absoluti ratione. οἴμοι ταλαίνης, ὥς ὑπερδέδοικά σου Ant. 82. *hei mihi quod misera sum*, i. e. *miserae mihi.* Nam cum non de Antigona sed de sese sollicita Ismene sit, ne sorore orbetur, fieri nequit ut σου ταλαίνης coniungantur. Sic explicandum οἴμοι ταλαίνης ἄρα τῆσδε συμφορᾶς El. 1179. τάλαιναν enim συμφοράν dici minime convenit, ut genitivus potius causae reddendae videatur, quem vulgo adiiciendo ἕνεκα explicant. Nam *genitivus* eiusmodi etiam alibi dici reperitur: cf. Lobeck. ad Ai. 1014 et Koen. et Schaef. ad Greg. Cor. p. 138. οἴμοι γέλωτος Ai. 367. LA ὤιμοι unde fortasse scribendum ᾤ μοι s. ὤμοι γέλωτος. οἴμοι κελεύθου τῆς τ' ἐμῆς δυσπραξίας, οἴμοι δ' ἑταίρων OC 1399. οἴμοι τάλαινα τῆς ἐμῆς πάλαι τροφῆς ἀνωφελήτου El. 1143. Denique *elisa ultima syllaba sententia causam doloris reddens particula* ὡς infertur. De οἴμ' ὡς indignationis indicio Ant. 320 iam monuimus. *Doloris* et *commiserationis* haec sunt οἴμ' ὡς ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν Ant. 1270. οἴμ' ὡς ἔοικας ὀρθὰ μαρτυρεῖν ἄγαν Ai. 354. οἴμ' ὡς ἀθυμῶ 587. — [Animadvertendum praeterea ad id, poni οἴμοι ita ut comitetur aut enuntiatum ut Ant. 838: aut interrogationem ut Ai. 791: (quo in genere creberrima est οἴμοι, τί δράσω; Ai. 809. 920. 1024. OC 1254. Ph. 969. 1063. 1350.), aut exclamationem ut οἴμοι, πρὸς οἷα δουλείας ζυγὰ χωροῦμεν Ai. 944.: alias nude positum solum totius sententiae vices sustinere ut Ph. 332. 978. Ai. 1002.] ‖ Sed ut reliquae doloris significandi exclamationes αἰαῖ, οἴ οἴ, etiam οἴμοι μοι s. οἴ μοί μοι iteratum habet pronominis speciem. Sic certe plerique adhuc scribebant, et vitiose ferebatur οἴ μοί μοι apud ipsum Apollonium de adv. p. 537, 21. Quae scriptura etsi apud hunc librariis deberi videatur, haud dubie tamen ab eis defensa est, qui pronominis naturam interiectioni adhaerere affirmabant. Nam ipse Apollonius et rationis tenax et παράδοσιν, ut videtur, secutus non modo inflecti docet οἰμοιμοῖ sed cum ὀτοτοῖ et οἰοιοῖ componit, quorum prius certe inflexo accentu notari debere in confesso est, p. 588, 25. — Hoc a diverbiis excluditur; in cantico est Ph. 1123. Exstat etiam in lyrica exclamatione canticorum similitudinem praeferente El. 1160. 1162. Sed ibi Hermannus propter catalexin trimetris parum apte interiectam οἴμοι scripsit. Addito adiectivo οἰμοιμοῖ τάλας exstat Ph. 788. idque in senario. — ‖ Semel legitur οἴ μοί μοί μοι Ph. 1086 m. cui cum in antistrophico versu respondeat αἰαῖ, quod dici αἴ αἴ αἴ non potest, neque satis constet accentus ratio, quem inflexum esse οἰμοιμοιμοῖ parum probabile videtur, ad id inclino, ut οἴμοι corrigendum esse iudicem. Ceterum hic quoque ὤι μοι LA. — Testatius utique ap. trag. est οἴμοι, quam ᾤμοι s. ὤμοι; sed hoc qui plane exstirpaturi erunt, velut Elmsleium et Blomfieldum, sequi parum consultum foret. v. ᾤ s. ὤ. — οἴμοι et ᾤμοι s. ὤμοι penacui docet Apoll. de adv. p. 536. 28 sqq. de pron. p. 542, B.

Οἴ *quo.* ‖ Proprie dictum: οἴ θ' ἱκάνομεν El. 8. ὡς σύ θ' οἴ θέλεις σπεύδῃς Tr. 333. οἴκησις, οἴ πορεύομαι Ant. 892. τί χωρεῖς οἴ μολὼν δώσεις δίκην; Ant. 228, in quo ne species quidem attractionis inest. ‖ *Tralate:* ἐπίστω γ' οἴ μ' ἀτιμίας ἄγεις El. 1035. — Addimus οἴπερ, quod non rectius quam καίπερ duobus vocabulis scribitur. χωρήσομαί τἄρ', οἴπερ ἐστάλην ὁδοῦ El. 404. — De accentu generis praecipit Apoll. de adv. p. 588, 18. (II p. 284, 2.)

Οἴαξ (ᾱ, v. Valck. ad Hippol. 1226.) *gubernaculum.* πολλῶν χαλινῶν ἔργον οἰάκων θ' ἅμα fr. inc. 712, de re difficillima dictum. — Accentum generis notavit Arc. p. 18, 18.

Οἰᾶτις *Oeensis.* Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ OC 1061 ch. Duplex huius nominis explicatio prostat, altera tanquam proprii, tanquam appellativi altera. Nam Hesychius Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ; Σοφ. Οἰδ. ἐπὶ Κολ., τῆς προβατευομένης, ἐκ νεμήσεως (sic distinguendum)· οἱ δὲ ἀπὸ Οἴης τοῦ [sic Meurs.: οἱ δὲ ἀοιτοῦ cod.] δήμου, κακῶς· οὐ γὰρ ἐγγὺς κεῖται. Quorum similia ap. Eust. leguntur p. 1165, 46. Cur antiquitatum Atticarum scrutatores nonnulli a pago Οἴη ductum Οἰᾶτις negarent, bene ex Steph. Byz. ostendit Reisigius enarr. p. 137. Cum enim et Οἶα unde Οἶαθεν, quae Ὄα Stephano dici videtur, et Οἴη pagi Attici fuerint, ille Pandionidis tribus, cuius scholiasta OC l. c. et ex hoc Suidas mentionem faciunt, hic Oeneidis, ille nullis fortasse aut exiguis, hic egregiis in Thriasio campo pascuis insignis, ille longe dissitus, hic proxime adiacens locis, quos insederat Oedipus, ignorantibus interpretum quibusdam utrius a Soph. memoria iniiciatur, eos qui de Pandionidis tribus pago intelligi vellent, a peritioribus eo magis improbari necesse erat, quod ab Οἴη Οἴηθεν et Οἰῆτις, non Οἶαθεν s. Ὄαθεν et Οἰᾶ-

τις dicebatur; Dorismo autem in cantico usum esse Sophoclem non videbant. Idem Reisig. a pascuis οἰᾶτις dici non potuisse docuit. [Cf. Dind. OC l. c. ed. Ox. 3.] — De tono generis illius docuit Arcad. p. 35, 24.

Οἶδα. I. *Formae.* 1. *perf. ind.*: οἶδα: Ph. 320. 564. 580. 626. 634. 681 ch. 754. 897. 938. 946. 1336. 1390. OR 59. 527. 530. 569. 571. 655. 1038. 1133. 1251. 1367. 1371. 1455. OC 24. 53. 452. 562. 656. 662. 666. 797. 806. 852. 1161. 1197. 1615. Ant. 16. 89. 249. 276. 477. 1043. 1058. 1251. Tr. 22. 67. 314. 317. 666. 714. 1150. 1192. Ai. 121. 560. 748. 792. 938. El. 131. 332. 354. 672. 689. 836 ch. 846 m. 1110 fr. Alead. 105, 1. Synd. 152, 3. Dan. 176, 1. Thyest. 236, 1. Past. 449, a. —. οἶσθα: Ph. 241. 249. 444. 753 bis. 754. 852 ch. OR 43. 415. 543. 570. 574. 655. 1014. 1128. 1142. 1517. OC 75. 656. 1474. Ant. 2. 316. 1057. Tr. 76. 627. 1191. 1219. Ai. 1291. El. 55. 922. 948. 1307. 1348. fr. Ulix. Fur. 411. —. οἶδε et οἶδεν OR 230. Ant. 457. 521. 1048. El. 1441. Tr. 41. 313. Jobat. fr. 280. — ἴσμεν Ai. 23. — ἴστε OR 66. OC 220 ch. Ant. 883. — ἴσασι Ai. 965. — In Aiacis v. 23. EM ἴδμεν scriptum reperit, cuius formae Atticis inusitatae certa fide documentum nullum est (p. 466, 12.). οἶσθε num Soph. dixerit pro ἴστε, incertum est, siquidem gr. in Anecd. Bachm. 2. p. 358, 20. οἶσθε ἐπὶ δευτέρου προσώπου γράφει ὁ Σοφοκλῆς scribens κάτοισθε potius in mente habuisse putandus est, quod in OR 926. a LA c. compluribus ministratur; quanquam ignoto auctori eique de re alias non satis testata fides habenda vix videtur. — *coniunctivus.* εἰδῶ Ph. 238. OC 889. (ubi vett. libri ἴδω [LA ἰδω]; verum ex Tricl. Brunckius. Cf. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 503.) Tr. 1067. — εἰδῇς Tr. 678. Ph. 989. εἰδῆτε dudum abiecta scriptura est OR 1046. pro εἰδεῖτε q. v.; de Oenom. fr. 418. ap. Apoll. de pron. p. 330. v. ἴ. — *optativus.* εἰδείην El. 660. εἰδείη OC 882. εἰδεῖτε OR 1046. recte cum L B. C. Brunck.; rell. libri εἴδητε vel εἰδῆτε. — Imperativus ἴσθι Ph. 122. 232. 253. 977. 980. 1197 m. 1277. 1296. 1305. 1329. 1421. OR 346. 690 ch. 959. 1022. 1117. 1181. 1438. OC 254. 396. 1210. Ant. 98. 473. 758. 1063. Tr. 739. Ai. 1155. 1308. 1316. El. 40. 298. 605. 690. 871. 1118. 1200. 1362. Inach. fr. 255. —. ἴστω Tr. 399. OC 522. Ant. 184. — ἴστε Tr. 1107. — *infinitivus.* εἰδέναι Ph. 960. OR 745. 993. Ant. *263. [deleto verbo aliter constituit locum Dind.] 301. 535. Tr. 321. 459. 592. 632. El. 318. 668. — *participium.* εἰδώς OR 119. 318. 397. 1008. 1151. OC 273. 1128. Ant. 166. 376 an. 649. El. 41. Tr. 775. Ai. 747. inc. fr. 725. εἰδυῖα El. 935. OC 983. εἰδυίας Ai. 13. εἰδότα OC 983. 1155. 1540. Ph. 253. εἰδότι Ant. 618 ch. εἰδότες Ant. 319. Tr. 1267. OR 500 ch. εἰδότων OC 274. εἰδόσι Ant. 33. —. 2. ‖ plusquamperfectum. [Cuius formae quomodo et ex ratione et e grammaticorum optimorum praeceptis scribendae sint, accurate persecutus est Cobet. in Mnemos. 5. (1856.) p. 260 sqq. cl. Dawes misc. crit. p. 426—431 ed. Kidd.] Ap. Soph. rectam 1. pers. scripturam ᾔδη OR 433 Brunck. ex uno restituit libro: LA habet ἤιδει, ν super ει a man. ant., quod OC 944., ubi m. pr. scripsit ἤιδη, factum est a m. rec. Tricl. ᾔδειν. —. Ant. 18. schol.: ἀντὶ τοῦ ᾔδεα, quem legisse ᾔδη, [quod h. l. restituit Piers.] quis non videt? Libri ᾔδειν, praeter LB in quo ᾔδην, supra scripto ει. — Ant. 448. omnes libri ᾔδειν. El. 1018. libri ᾔδειν, praeter LB in quo ᾔδην; quo loco Thomae vero v. ἐπαγγέλλω p. 143, 7 cum duo libri ᾔδη, ceteri ᾔδειν habeant, dubitari vix potest, quin Thom. ipse legerit recentiorem formam ᾔδειν. omnes ᾔδειν v. 1185, modo quod Laurr. ι subscripto carent. Ap. Aeschyl. neque ᾔδειν neque ᾔδη legitur; in Euripideis libris eadem quae ap. Soph. scripturae discrepantia est, ut emendatior forma non intestata quidem sed crebrius obliterata sit quam retenta; idem in κατῄδη et ἐξῄδη observatur. Praeterea alicuius momenti illud quoque putandum, quod sunt, quae propter hiatum ειν scribi postulent, tertiae personae exempla; primae nullum exstat. Deinde quam in Thucydide et Platone secundum libros et plurimos et potiores tenuit scribendi rationem Bekkerus (v. ad apol. Socr. p. 31. D. E.), eam locupletissimi antiquitatis testes firmant, nec Moeris solum (p. 173.), qui comicorum maxime λέξεις retulit, sed EM p. 419, 10 et 28. Eust. p. 1946, 21 *Atticis veteribus* eam scripturam *solam* usitatam fuisse affirmant, hic etiam Heraclidem in partes vocans et Panaetium, qui libris scriptis ap. Platonem illud unice firmari doceat. Praeterea idem Eust. p. 50, 32, etsi quem locum in mente habuerit, nescitur, ᾔδη a Soph. dictum esse ait. Apud recentiores eius praecepti oblivio incesserat, donec memoriam instaurarunt Dawes. misc. cr. p. 188. Lips. (230.) [p. 436—431 ed. Kidd.], et Valcken. ad Eur. Hipp. 405. Ceterum huic ex Hippolyto exemplo eadem quae Ant. 18. glossa adscripta, ἀντὶ τοῦ ᾔδεα. In quam scripturam quantum librarii grassati sint, Brunck. docet ad Hippol. 408. (= 405 Valck.), Intpp. Greg. Cor. p. 122., Lob. ad Phryn. p. 237. Seidlerum ᾔδειν a se ipso improbatum reliquisse nollem Troad. 672. — Secundam personam ᾔδης Ant. 447. Brunck. contra librorum fidem reposuit, [qui ἤιδεις vel ᾔδεις exhibent: ᾔδησθα restituit Cobet. NL p. 215.] Tertiam personam ᾔδη recentioris Atticismi fuisse ferunt v. EM p. 419, 24.; veteris ᾔδει et ante vocalem ᾔδειν, quae scriptura propter hiatum tuta est ap. Eur. Ion. 1187., ap. Aristophanem aliquoties, v. Dawes. l. c., [et ap. Soph. nunc legitur in particula servata ab Etym. Laurent. (Miller, Mélanges p. 143): ἠιδεισθα: ἀπὸ τοῦ ἠιδειν (superscr. εἴδειν ab eadem manu) γίνεται κατ' ἔκτασιν ᾔδειν καὶ τὸ ι ὁμοίως Σοφ. Καμικίοις (cod. κωμικοῖς: erit fr. 303 b.): τὴν οὔτις ᾔδειν ἐκ θεοῦ κεχρυμμένην· ἀντὶ τοῦ ᾔδεεν, καὶ κατὰ κρᾶσιν γίνεται ᾔδειν, ὥσπερ ἤσκεεν, ἤσκειν. .... οὕτως Ὦρος scil. Milesius. —. Alia testimonia v. in Th. LGr. 3. p. 202.] Scribendum igitur ᾔδει [immo ᾔδειν] erit. Ph. 1010, ubi ἠιδει LA, Brunck. vitiose ᾔδη. OR 1525 ubi LA ἤιδη, superposito ει, et fr. inc. 709, 3. [nisi praestat οἶδεν quod habet Plut. Mor. p. 761 f.: ᾔδει est ap. Clem. Alex. Strom. 2. p. 494.] Rectius ᾔδην dici Elmsleii incertissima est, sed confidenter prolata sententia ad Ar. Acharn. 35. — Primam pluralis ᾔδεμεν, secundam ᾔδετε, non ᾔδειμεν, ᾔδειτε scribi Elmsl. pronuntiavit ad Eur. Bacch. 1343. (= 1298.), Ar. Ach. 323. OR 432. Sed quod solum affert argumentum non ἐπεπόνθεισαν sed ἐπεπόνθεσαν dici, id vero nullum censendum. Cum nec ab analogia nec a testimonio veterum ullum eius rei documentum sumi possit, etsi ᾔδετε metro certum est apud Eur. Bacch. l. c., tamen in ea exemplorum paucitate breviorem formam ubi versui faciendo commoda erat, tenendam, sed in ceteris libros sequendos puto. Ap. Soph. unum exemplum est, ubi ᾔδειμεν

consensu tuentur codices, OR 1232. Secundae pluralis contractae in brevius, ᾖστε (v. Piers. ad Moer. p. 174. Blomf. gl. Aesch. Ag. 1068.) unum ex Colchis (fr. 317.) ab EM enotatum est p. 439, 2. — . || *Futurum.* εἴσομαι OR 1517. εἴσει OC 1149. εἴσεται Ant. 229. εἰσόμεσθα (εἰσόμεθα enim cum lege trimetrorum pugnat, extra quos verbi pertenuis usus) OR 84. OC 1037. Ant. 631. 1253. Tr. 594. Ai. 666. —. || In formis verbi recensendis exempla *craseos* ἐγᾦδα ponenda, quae reperitur OC 452. Synd. fr. 152, 3, male reposita illa a Pors. ap. Kidd. p. 220. in Ai. 678., quippe improbante δέ et γάρ in eadem coniuncta sententia.

II. *Usus.* *Significationum* longe usitatissima est || *sciendi, quae oculis auribus vel experiendo vel discendo* cognoveris. Huius exempla non exscribo: sunt Ph. 232. 238. 241. 253. 320. 444. 564. 626. 753. 754. 897. 989. 1197 m. 1277. 1305. 1329. 1336. 1390. OR 43. 59. 84. 318. 346. 415. 433. 530. 569. 570. 571. 574. 655. 690 ch. 745. 959. 993. 1008. 1014. 1038. 1181. 1232. 1251. 1438. 1517. OC 53. 75. 254. 273. 274. 396. 452. 562. 656. 797. 882. 944. 983. 1037. 1128. 1149; quod *discendi* sive *comperiendi* adsignificatione praeditum. 1155. 1161. 1210. 1251. 1474. Ant. 2. 16. 18. 33. 166. 249. *263. [delevit vocem Dind.] 376 an. 447. 448. 457. 473. 477. 521. 618 ch. 649. 758. 883. 1057. 1058. 1063. 1251. Tr. 22. 41. 67. 76. 317. 321. 459. 592. 594. 627. 632. 666. 678. 714. 739. 775. 1067. id quod *discere,* ut El. 40. — Tr. 1150. Ai. 23. 417 ch. 666. 747. 748. 1155. 1291. 1308. 1316. El. 55. 298. 318. 605. 668. 690. 836. ch. 846 m. 877. 922. 935. 948. 1018. 1118. 1185. 1200. 1307. 1362. 1441. fr. Inach. 255, 1. Ulix. Fur. 411, 1. Past. 449 a. inc. 725, 2. Hinc est, quod εἰδώς non *gnarum* modo sed etiam *peritum* significat. ὧν εἶδε, πλὴν ἕν, οὐδὲν εἶχ' εἰδὼς φράσαι OR 119. prae terrore enim nullius rei *accurate sibi conscium* hominem fuisse narratur. ὁ μηδὲν εἰδὼς Οἰδίπους 397. quippe vaticinandi imperitus. Ζεὺς ὅ τ' Ἀπόλλων ξυνετοὶ καὶ τὰ βροτῶν εἰδότες 500 ch. ὡς παρ' εἰδυίας μάθῃς Ai. 13. ἴσθι πᾶν τὸ δρώμενον, ὅπως ἂν εἰδὼς ἡμὶν ἀγγείλῃς σαφῆ El. 41. Propius a prima significatione absunt λέγει γὰρ εἰδὼς οὐδέν OR 1151. τὰ μὲν τοιαῦτ' οὖν εἰδότ' ἐκδιδάσκομεν OC 1540. de qua locutione v. Upton. ad Dion. de c. v. p. 216. Schaefer. Hac significatione dicitur aut cum *casu quarto*, qui nonnunquam ex prioribus intelligitur, velut El. 948. 1307. Tr. 313. (ibi infinitivus pro obiecto est). 314. 1150. Ai. 23. Ph. 241. 626. OR 43. 570. 655. 1455. OC 53. 452. 1161. Ant. 16., nam non opus omnia enumerare exempla: aut *cum sententia pendente*, quae particulis ὡς et ὅτι indicatur, velut οἶσθα δῆτα ὡς ἔλειπέ μοι μαντεῖα Tr. 76. οἶσθα αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως 627. ὡς εἴσ' ἀληθεῖς οἶδα Ph. 320. οἶδ' ὅτι νοσεῖτε OR 59. interdum *cum accusativo verbum iungitur,* sequente tamen enuntiato obiectivo: οἶδα κἀμαυτὴν ὅτι El. 332; *omittitur* etiam verbum: πάρειμι δ' ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν, οἶδ' ὅτι Ant. 276.; aut sequente *interrogatione indirecta*, quam dicunt: τοῦτον οἶσθ' εἰ ζῶν κυρεῖ; Ph. 444. τίς οἶδεν, εἰ κάτωθεν [sic addito γρ. ab S.: κάτω 'στὶν Dind. ex LA.] εὐαγῆ τάδε; Ant. 521; aut, quod cum hoc genere proxime copulatum est, ut sententia *correlativis interrogationi obliquae* servientibus enuntietur: οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει El. 922. τίς οἶδεν ὑμῶν, ποῦ πόθ' οἱ Φωκῆς ξένοι 1442. ὅπου βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε Tr. 41. οὐκ οἶδ' ὅποι χρὴ τἄπορον τρέπειν ἔπος Ph. 897. χὤπως μὲν οὐκέτ' οἶδ' ἀπόλλυται OR 1251. κοὐδεὶ[s] οἶδεν ἐξ ὅτου 'φάνη Ant. 457. Sed fere usitatissim[a] omnium ratio est, ut pro sententia a verbo suspens[a] *participium* ponatur aut accusativo obiecti applican[]dum, aut nominativo casu accommodatum illi sub[]iecto, quod inest in οἶδα ipso. Illud reperias El 836 ch. Tr. 714. Ai. 1291. Ph. 1390. ἀλλ' ἴστε πολλ[ὰ] μέν με δακρύσαντα δή OR 66. τοὺς θυμουμένους ἵπ[]πους καταρτυθέντας (οἶδα) Ant. 477. Hoc vero: οἶ[]σθα δῆτα πρὸς δίκης οὐδὲν τρέμων; OR 1014. οἶσθ[α] ταγοὺς ὄντας, ἂν λέγῃς, λέγων; Ant. 1057. σῶς ἴσθ[ι] OC 1210., siquidem recte sic correxit Scaliger. Libr[i] σῶν, quod ferri non potest, quia non ὄντα, ut Mat[]thiae et Elmsleio visum, sed σὲ ὄντα subaudiendu[m] esset. Praeterea notanda formula οἶσθ' ὡς ποίησον i. q. ποίησον, οἶσθ' ὡς, quam melius Elmsleio a[d] Med. 582. explicuerunt Herm. ad Vig. p. 729 e[t] Reisigius c. cr. in OC p. 189.; legitur ea OR 543. viamque praemunit illud οἶσθα ὡς νῦν μὴ σφαλῇς OC 75. Denique οἶδα, σάφ' οἶδα, ἴσθι, σάφ' ἴσθι duabus distinctionibus circa positis sermoni re[]liquo eximuntur. οὐ ζῶ; κακῶς μέν, οἶδα El. 354. οὔτοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μή τις ὑβρίσῃ Ai. 560. χωρε[ῖ] πρὸσ ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύῃ 938. σκληρὰν μὲν οἶδα, παῖδες. OC 1615. ἔχει μὲν ἀλγεῖν', οἶδα Thyest. fr. 236, 1. οἶδ' ἐγώ sic interponitur OC 662. 852. 1197. σάφ' οἶδα El. 672. ἴσθι: δῶρόν ποτ', ἴσθι, τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών OR 1022. σάφ' ἴσθι ἔγνωκα γάρ, σάφ' ἴσθι OR 1117. σάφ' ἴσθι Ph. 122. quae roganti Ulixi Neoptolemus respondet, cf. 977. 980. 1296 in responso. 1421. etiam et οἶσθ' ὅτι Ant. 2. sic inseri videtur parenthesi quadam: v. Heindorf ad Gorg. 133. Schaef. mel. cr. p. 92. v. ὅτι. ἴσθ' ὅτι Ant. 758. si ex hyperbato negationis explicandum, v. οὐ. Locutionum, quibus hac significatione dictum verbum adhibetur, memorandae sunt τάχ' εἴσομαι, de quo dixit Fritzsch. quaest. Luc. p. 70.; legitur enim τάχ' εἰσόμεσθα OR 84. Ant. 631. et αὐτίκ' εἰσόμεσθα Tr. 594.: dein ἴστω cum de iurisiurandi teste dicitur, v. Valck. ad Phoen. 1671. et Opusc. t. 1. p. 59. Lips. ἴστω μέγας Ζεύς Tr. 399. ἴστω Ζεὺς ὁ πανθ' ὁρῶν ἀεί Ant. 184. θεὸς ἴστω OC 522 m.; denique οὐκ οἶδα quando *repudiandi ominis* est: οὐκ οἶδα τὴν σὴν κληδόνα El. 1110. οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν Ai. 792. οὐκ οἶδα τὴν σὴν πεῖραν Dan. fr. 76, 1. *tibi habe (ich will nichts davon wissen).* — || A *sciendo* deflexa est *callendi* et *peritiae* significatio, cui similem in participio inesse observavimus. Est autem *scire, quomodo quid facias.* ὅσῳπερ καὶ φρονεῖν οἶδεν μόνη Tr. 313. φόνον φόνου δὲ ῥύσιον τίσω τάλας πρὸς τοῦ δοκοῦντος οὐδὲν εἰδέναι κακόν Ph. 960. παῖδα ὃς οὐδὲν ᾔδει πλὴν τὸ προσταχθὲν ποιεῖν 1010. Οἰδίπους ὅδε, ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ᾔδει OR 1525. τὸν Ἀΐδαν γὰρ οὐδὲ γῆρας οἶδε φιλεῖν Iobat. fr. 280. παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι Ant. 301. i. e. πᾶν ἔργον δυσσεβὲς ἀσκεῖν. v. Musgr. ad Eur. Hel. 919. Matth. — || Deinde significat *nosse,* i. e. *scire, quid et quale sit aliquid.* οὐ γὰρ οἶσθά μ' ὅντιν' εἰσορᾷς; Ph. 249. ἄλλον δ' οὔτιν' ἔγωγ' οἶδα κλύων οὐδ' ἐσιδὼν 681 ch. οἶσθα γὰρ ὃν [ὧν Dind.] αὐδῶμαι 852 ch., quod et primae significationis exemplum potest haberi. ὑμῖν τάδ', οὐ γὰρ ἄλλον οἶδ' ὅτῳ λέγω, ἀνακλάομαι 938. εἰ δ' αὖ τις ἄλλον οἶδεν τὸν αὐτόχειρα, μὴ σιωπάτω OR 230. τὸν ἄνδρα οἶσθα τῇδέ που μαθών; 1128. τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα OC 24. Λαΐου ἴστε τινά; 220 m. ἄνδρα δ' οὐδέν' οἶδ' ἐγὼ δίκαιον, ὅστις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει 806. ἐγὼ μὲν οὐδέν' οἶδα Ai. 121. οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν

χεροῖν ἔχοντες οὐκ ἴσασι 965. οἶσθ' οὖν τὸν Οἴτης Ζηνὸς ὕψιστον πάγον; Tr. 1191. οἶδα 1192. Hyllus respondet. τὴν Εὐρυτείαν οἶσθα δῆτα παρθένον; 1219. ἴσθι πᾶν τὸ δρώμενον El. 40. *disce.* οὐκ οἶδα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἔργα καὶ κράτη 689. οὐκ οἶσθ' ὅτῳ μ' ἔδωκας εἰς χεῖράς ποτε; 1348. Subaudio ἐκεῖνον. ὑμεῖς μὲν οὐκ ἄρ' ᾖστε τὸν Προμηθέα fr. Colch. 317. ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν ᾔδει [οἶδεν v. s.] inc. 709, 3. — ‖ Aliquando est *intelligere* i. e. *scire ex adhibita cogitatione et ratione inita.* οὐκ οἶδά πω τί φησι Ph. 580. audiverat enim Neoptolemus, sed de se quid velit mercator nuntius incertum sese esse simulat. οὐκ οἶδ' ὅποι χρὴ τἄπορον τρέπειν ἔπος 897. *ambigo;* sed potest etiam ad primam significationem referri. κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρόν 946. οἶσθ' ὡς ποίησον; OR 543. οἶσθ' οὖν ἃ χρῄζεις; 655. οὐκ οἶδ' ὅπως σε φῶ βεβουλεῦσθαι καλῶς 1367. ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ' ὄμμασιν ποίοις πατέρα ποτ' ἂν προσεῖδον 1371. οὐκ οἶσθα καὶ νῦν, ὡς ἀνιαρῶς λέγεις Ant. 316. ἆρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις ... ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία; 1048. κοὐκ οἶδ' ὅτι χρὴ πρὸς ταῦτα λέγειν fr. Alead. 105, 1 an. ἐγῷδ' ὃ φεύγεις Synd. 152, 3. οἶδά τε καὶ ξυνίημι τάδε El. 131 m. Ab hac vel a tertia significatione illud deflexum, quod aliquando *recordandi* vi praeditum videtur. τότ' οἶσθα παῖδά μοί τινα δοὺς OR 1142. οὐκ οἶσθα ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον; Ai. 1291. Fortasse etiam El. 1348. sic intelligendum. Deinde hinc repetenda formula ἀγνωμοσύνην εἰδέναι. μεγάλην δὲ θεοῖς ἀγνωμοσύνην εἰδότες ἔργων τῶν πρασσομένων Tr. 1256. i. e. ἀγνώμονας τοὺς θεοὺς ὄντας. Ceterum hac significatione omnes illae verbi cum aliis vocabulis componendi rationes admittuntur, quas in prima tractanda enumeravimus: modo quod sic non dicitur cum participio. — ‖ Denique est ubi recte interpreteris *persuasum habere*, id est vel quod docuerit alius, vel propter rationem a nobismet initam ipsis scientiam sibi eripi non pati. οἶδ' ὀθούνεχ' ἵξεται Ph. 634. ηὐδᾶτο μὲν τάδ', οἶδα δ' οὐ γνώμῃ τινί OR 527. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι κάτοιδεν 1133. καίτοι τοσοῦτόν γ' οἶδα 1455. οἶδ' ἐγώ σε μή τινα ἐνθένδ' ἀπάξοντα OC 656. οἶδ' ὅτι τοὐμὸν φυλάξει σ' ὄνομα 666. οἶδ' ἀρέσκουσ' οἷς μάλισθ' ἁδεῖν με χρή Ant. 89. τοῦτο δ' ἴσθ' ὅτι ἄνους μὲν ἔρχει, τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη 98. πάρειμι δ' ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν, οἶδ' ὅτι 276. οἶδ' ὅτι θεοὺς μιαίνειν οὔτις ἀνθρώπων σθένει 1043.

Οἰδιπόδης v. Οἰδίπους. (II p. 290, 3.)

Οἰδίπους n. pr. *Nom.* κλεινὸς Οἰδίπους OR 8. ὁ μηδὲν εἰδὼς Οἰδίπους 397. Οἰδίπους ὁ σὸς πόσις 639. ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους 914. τοῦτον Οἰδίπους πάλαι τρέμων 947. βοῶν γὰρ εἰσέπαισεν Οἰδίπους 1252. τοῦτ' ἔλαχ' Οἰδίπους 1366. Οἰδίπους ὅδε 1524. Οἰδίπους τοιαῦτ' ἔνειμε — γέρα OC 1395. Οἰδίπους λέγει 1638. ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν Ant. 167. — *Voc.* Hunc Reisig. c. cr. in OC 550. eumque secutus Elmsl. solum probant in ους exeuntem, quod haec forma duodecies, altera illa ter solum ap. Soph. exstet. Οἰδίπους enim legitur OR 14. (ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς). 646. 739. 1073. 1422. OC 14 (πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπους). 461. 640. 740. ubi tamen Suid. v. ἵκου legit Οἰδίπου. 756, (ὦ ταλαίπωρ' Οἰδίπους). 1038. 1346. 1627; [eandemque formam c. Elmsleio restituit Dind. OR 405. OC 557.] Οἰδίπου autem OR 405. OC 557. 1346. Utrumque autem libri cum summo tueantur consensu, nisi quod OR 14. apographa duo habent Οἰδίπου, circumspectius videtur Hermanni iudicium ad OR 405. libros scriptos sequendos pronuntiantis. Nam quod in OC 1346. Οἰδίπους scribendum propter versum sequentem alias ab hiatu vitiosum sec. Valck. ad Phoen. 1434. Reisigius affirmat l. c., id vero in tanta talium versuum multitudine nihili pendendum. Tertia forma est Οἰδιπόδα (ᾰ) melicorum, OR 1193 ch. — *Genitivus* triplex est. Οἰδίποδος tamen ap. Soph. non legitur. Οἰδίπου OR 40. 925. 1091 ch. 1207 ch. OC 109. 255. Ant. 2. 193. 600 ch. 1018, quae et a libris et versuum legibus certa sunt. Hanc formam ab Οἰδίπος ducit Iacobs. ad epigr. delect. p. 323, adversante quidem EM p. 20, 16. nec magis id necessarium quam βοῦ genitivum a βός ortum dicere, etsi aliquantum diversa est purorum flectendorum ratio. ἀρτίπος, ἀελλόπος, Οἰδίπος poetarum inventa sunt versibus commodius pangendis, sed non diversa antiquitus. Nec Choerob. audiendus ad Theodos. fol. 117. p. 1404. Bekk., cum Οἰδίπους Οἰδίποδος vocativum nominativo parem, Οἰδίπους Οἰδίπου genitivo assimilatum habere dicit, quae non est nisi disparis flexionis regulae alicui accommodandae ratio. Tertia forma Οἰδιπόδαο, Aeolica illa secundum EM p. 11, 11. 35, 37. 154, 5., in melicis partibus legitur contracta Οἰδιπόδα, OR 495 ch. Ant. 380 an. Nominativum autem Οἰδιπόδης veteribus epicis tragicisve dictum neque illud evincit, quod Οἰδιπόδα aliquoties et Οἰδιπόδαν legitur, neque quod Eust. p. 1445, 46. ὁ Οἰδίπους, inquit, πολλαχοῦ εὕρηται τετρασυλλάβως καὶ Οἰδιπόδης λεγόμενος, et Eudocia in Violeto p. 312: Οἰδίπους ὁ καὶ Οἰδιπόδης ποιητικῶς λεγόμενος. — *Dativus* a Soph. dictus non est. — *Accusativi* forma duplex, melicorum altera Οἰδιπόδαν OC 222. altera communis Οἰδίπουν, OR 514. OC 3. 626. 1580. — De recta vocabuli originatione v. EM p. 616, 57. [cl. eponomasia quae tragico more fit OR 1034 sqq.].

Οἶδμα. Proprie *humorem* significans maris elati et fluctuantis vocabulum est, nec tamen proinde procellosi. περιβρυχίοισιν περῶν ὑπ' οἴδμασιν Ant. 337 ch. *per undas alluentes.* Brunckii cod. E. ἐπ' οἴδμασιν, sed v. Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 628. ποντίας ἁλὸς οἶδμα Ant. 588 ch. librorum scriptura praeter LA, qui ποντίαις, [ι ante σ a m. ant. illato.] De ἁλός delendo v. ἅλς. ἀτρυγέτου γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας Oen. fr. 423, 3. — Cf. I. Henr. Voss. ad hymn. Cer. 13. (II p. 291, 14.)

Οἰήτης. οἰήτας; τοὺς κωμήτας Σοφ. Ἀνδρομέδᾳ (fr. 138.). Photius p. 317. 7. Hesych.: οἰατᾶν: κωμητῶν. Οἶαι γὰρ αἱ κῶμαι. Sic enim vitiosa codicis verba emendavit Ruhnk. (οἰατάν, κομήτων est in cod.). Ab οἶος duci recte ait Elmsl. ad OC 1061.; nam *pagum*, i. e. cohabitantium domicilium ab aliis segregatum suisque agris cinctum significat, quod Lacedaemoniis pinguius ὠβή, v. Muelleri Dorienses vol. I. p. 78.

Οἴκαδε *domum.* De domicilio privato: ὅταν περ οἴκαδ' Αἴγισθος μόλῃ El. 386. De sede et patria: οὐ μηδὲ κληδὼν οἴκαδε, μήδ' Ἑλλάδος γῆς μηδαμοῦ διῆλθε Ph. 255. τὸν οἴκαδ' ἤπειγον στόλον 499. ὀμόσας ἀπάξειν οἴκαδε 941. — De tono v. Apoll. de adv. p. 589, 5.

Οἰκεῖος propria *domestici*, i. e. quod domi versatur s. domi originem habet, significatione non dicitur. Sed *familiarem* significat: οἰκεῖα πάθη Ai. 260 an. οἰκείας εἰς ἄτας ἐμπίπτεις El. 215 ch., quo non puto c. Herm. *mala* dici, *quae sibi Electra gignat ipsa*, cum inimicis suis nocere non possit, sed chorum

monere existimo, ne domesticis malis gravius iusto affici velit, ut sibi inde novas creet molestias. τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς νοσοῦντα OC 765. ἐν τοῖς γὰρ οἰκείοισιν ὅστις ἔστ' ἀνὴρ χρηστός Ant. 661. in rebus *suis* et *domesticis*. φθόγγος οἰκείου κακοῦ 1187. *mali familiaris fama*. πένθος οἰκεῖον 1249. *de filii morte luctum*. Hinc κῆρυξ οἰκεῖος Λίχας Tr. 757. *domi consors* est et πελάτης κηρυκείαν ἔχων: nam servus haud dubie Lichas non erat. Deinde *patrius* ita dicitur: ὦ γῆς ἱερὸν οἰκείας πέδον Σαλαμῖνος Ai. 859. οἰκείας χθονός Ant. 1203. Denique *suus* et *proprius*. Cuius rei viam monstrat illud πόθεν λαβών (sc. δίδως τὸν παῖδα); οἰκεῖον, ἢ 'ξ ἄλλου τινός; OR 1162. *num domi tuae natum* i. e. *tuum, an ab alio genitum?* — δεῖπνον οἰκείων τέκνων Ai. 1294. ποτέρα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός (sc. ὄλωλεν); Ant. 1176. αἷμ' ἀπ' οἰκείας σφαγῆς Ai. 919. (II p. 292.)

Οἰκέτης. Propria *domi consortium habentis* potestate legi videtur. εἴ του φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας Tr. 908. et κυκλεῖ δὲ πᾶσαν οἰκετῶν παμπληθίαν [παμπησίαν Naecke.]. Laoc. fr. 342, 4. de Aenea coloniam abducturo: οἰκέται, qui *gentiles, familiares et clientes* sunt, componuntur cum πλήθει Φρυγῶν, quod sequeretur exeuntes. Sed *famuli* dicuntur: τοὺς ἄγοντας ὥσπερ οἰκέτας ἔγνωκα OR 1114. ξὺν ᾧπερ εἶχον οἰκετῶν πιστῷ μόνῳ OC 334. [De poetico usu v. i. οἰκέτις]. — De accentu v. Apoll. de adv. p. 545, 25. schol. Il. ν. 382. EM p. 436, 1.

Οἰκέτις *domi consors*. περιστερὰν ἐφέστιον οἰκέτιν [sic Steph. pro οἰκέτην] τε fr. inc. 744. [quod afferens Poll. 3, 82 οἱ μέντοι ποιηταὶ καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους οἰκέτας ὠνόμαζον]. De tono vid. Arc. p. 35, 24.

Οἰκεύς i. q. οἰκέτης. οἰκεύς τις, ὅσπερ ἵκετ' ἐκσωθεὶς μόνος OR 756. Versum respicere videtur Eust. p. 1423, 4. cum scribit: καὶ οἰκεὺς παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἀθηναίοις, ὁ οἰκογενὴς οἰκέτης.

Οἰκέω *habito*. οἰκεῖν δίχα OC 602. ἄλλους θωπεύοντες οἰκοῦμεν σύ τε κἀγώ 1336. Αἴγισθον ἔνθ' ᾤκηκεν ἱστορῶ El. 1101. ἀκτὴ βροτοῖς ἄστιπτος οὐδ' οἰκουμένη Ph. 2. γῆν οὔτ' εὔορμον οὔτ' οἰκουμένην 221. οἰκουμένη στέγη 298. — οἰκεῖν μετά τινος est συνοικεῖν, *uxorem habere*. οὐδ' ὅτων οἰκεῖς μέτα OR 414. Μερόπης, Πόλυβος ἧς ᾤκει μέτα 990. cf. Seidler. ad Eur. El. 99. Ab *habitando* ad *versandi* notionem transfertur: τὸ τὴν φροντίδ' ἔξω τῶν κακῶν οἰκεῖν γλυκύ OR 1390. Et ad *vitam moresque regendos*: αἱ δὲ μυρίαι πόλεις, κἂν εὖ τις οἰκῇ, ῥᾳδίως καθύβρισαν OC 1535. V. Markland. ad Eur. Suppl. 1231. — Et a scriptura et ab interpretatione constituenda unus locus dubitabilis est OC 92. κάμπτειν τὸν ταλαίπωρον βίον (ἐμὲ) κέρδη μὲν οἰκήσαντα τοῖς δεδεγμένοις, ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν. Haec in LA scriptura est; Tricl. οἰκήσοντα Schaef. recepit. Matthiae explicatio *habitando lucrum parere* aoristum non ferens collabitur; non magis probabilis Reisigii ratio, οἰκεῖν active significare *commoda instituere tanquam rem familiarem*. Hermannus coniecit οἰκίσαντα, id quod etiam Doederl. assecutus est act. Monac. vol. 1. p. 59., et probat Elmsl. Sed librorum scriptura nihil sanius, nec intelligo, cur duram Seidleri rationem Herm. dicat, qui κέρδη et ἄτην *ipsum Oedipum* vocari perspexerat. Certe nihilo durius οἰκήσαντα pro γενόμενον dictum, quam toties dictum tragicis τραφῆναι. An suis plurali appositionis offendatur? At frequenter sic loquuntur. ὁ θάνατος ξένιά σοι γενήσεται Eur. Hel. 480., quod quis improbet, si oblique sic proferretur ἤδη τὸν θάνατον ξένιά σοι γενησόμενον? γαῖαν διδόντι ξείνια Pind. Pyth. 4, 38. ὅθεν κομίζω τήνδε νικητήρια λαβών Eur. Alcest. 1038. ψυχὴν γὰρ ἆθλα τιθεμένην ἐμὴν ὁρῶ Eur. inc. XVI. Μίλητε, πολλοῖσιν δεῖπνόν τε καὶ ἀγλαὰ δῶρα γενήσῃ orac. ap. Herod. 6, 19. Et prosariorum Thucydides dixit λύτρα ἀνδρῶν λαβὼν τὴν γῆν τὴν Καμαριναίων, 6, 5. Xenophon οὐ χρήματα αὐτοῦ ἐστιν ὁ ἵππος, Oecon. 1, 8. Isaeus μνημεῖα τῆς ἐκείνου φιλοτιμίας ὁ τρίπους ἐκεῖνος ἕστηκε, de Apollod. her. p. 101, 40. ed. Schoem. (II p. 293, 6.)

Οἴκησις *habitaculum*. ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα. Ph. 31. ὦ κατασκαφὴς οἴκησις αἰείφρουρος Ant. 892.

Οἰκητήρ *incola*. ἀχρεῖον οἰκητῆρα τόπων τῶν ἐνθάδε OC 627.

Οἰκητής *incola*. ἐμοῦ ζῶντος οἰκητοῦ τυχεῖν OR 1450. — De tono v. EM p. 436, 13.

Οἰκητός *habitatus*. De loco: ἔστι μὴν οἰκητός (ὁ χῶρος) OC 28. ἄθικτος οὐδ' οἰκητός 39.

Οἰκήτωρ *habitator*. ἄνδρες χθονὸς τῆσδ' εὐγενεῖς οἰκήτορες OC 728. Ceterum ap. Soph. de *mortuo* dictum inferorum locorum incola. Ἅιδου πάντες εἰσ' οἰκήτορες Tr. 282. ὅτις Ἅιδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι 1161. ἕλεσθέ μ' οἰκήτορα Ai. 396 ch. Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας 517.

Οἰκίζω *sedem do, in domicilio constituo*. ὡς πάραυλον οἰκίσῃς OC 785. ὁ Τυδεὺς ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται Synd. fr. 153, 4. — De OC 92. v. οἰκέω.

[Οἰκλῆς n. pr. Amphiarai pater. Cognominis fabulae Soph. sunt ap. Dind. fr. 415 b et c.]

Οἴκοθεν *domo*. De patria: ἐλπίσαντες οἴκοθεν ἄγειν Ἀχαιοῖς ξύμμαχον Ai. 1052. λαῶν, ὧν ὅδ' ἡγεῖτ' οἴκοθεν 1101. τίς σ' ἐξῆρεν οἴκοθεν στόλος; OC 358. De accentu v. Apoll. de adv. p. 605, 15.

Οἴκοι *domi*. δοῦλος οὐκ ὠνητός, ἀλλ' οἴκοι τραφείς OR 1123. *verna*. In schol. Ven. Il. ε. 533. et cod. Ven. schol. ad Od. θ. 186. legitur οἰκοτραφής, quod Atticis inusitatum damnant Moeris et Thomas. cf. Lob. ad Phryn. p. 203. τὰ τῆς οἴκοι διαίτης OC 352. ἡ δ' οἴκοι (πόλις) 759. *urbs patria*. οἴκοι χἠμεῖς εἰσόμεσθ' ἃ χρὴ ποιεῖν 1037. — [De Tr. 730. v. i. οἶκος]. — De accentu v. Apoll. de adv. p. 588, 21. Choerob. ad Dion. p. 1213. Bekk.

Οἰκονομέω *domum curo*. ἀπερεί τις ἔποικος ἀναξία οἰκονομῶ θαλάμους πατρὸς El. 190 m. ἀντὶ τοῦ διαιτῶμαι τοὺς πατρῴους οἴκους schol. Ap. Suid. v. οἰκονομῶ legitur οἰκοδομῶ δομοὺς πατρός; vera autem scriptura exstat apud eundem v. ἀναξία.

Οἰκοποιός. οὐδ' ἔνδον οἰκοποιός ἐστί τις τροφή; Ph. 32. Schol., ut οἰκόποιος legisse videatur, ἡ ἐν οἴκῳ γενομένη τροφή. Neque *utensilia* intelligo, quibus locus aliquis in modum domus instruitur, quia non intelligo, quomodo hoc cum τροφή recte componatur; sed τροφήν puto διατροφήν esse, quidquid usui ad vitam tolerandam, quam οἰκοποιόν i. e. *similitudinem bene instructae domus referentem*, quanquam in antro ferarum lustris comparando Phil. habitat, apte dici puto. (II p. 294, 3.)

Οἶκος. ‖ *domus*, quam quis habitat. ἐς οἶκον εἰσκομίζετε OR 1429. οἶκον μὲν ὁρᾷς τόνδε Ph. 159 an. antrum a Philocteta habitatum. ἐξ οἴκου λαβών Tr. 1066. Cui formulae contraria est κατ' οἶκον, *intus*, El. 929. 1147. 1473. OC 343. Tr. 531. 689. 934. Sed Ai. 1021. Ph. 469. κατ' οἶκον *domi*, *in patria*

significat. πρὸς οἶκον ἵξεσθε OR 1491. ἄφες μ' ἐς οἴκους OR 320. utrumque *domum* significans. Non satis certa significatione est σπουδὴ γὰρ ἡ κατ' οἶκον ἐγκεκρυμμένη fr. inc. 823, 1. Plurali numero eadem vis adhaesit: εὐναὶ μογερῶν οἴκων El. 93 an. μήτηρ δ' ἐν οἴκοις 1309. οἴκτου δι' οἴκων ἀρτίως ὁρμωμένου Tr. 864. λείπου μηδὲ σὺ ἀπ' οἴκων 1275 an. κατ' οἴκους συνδέτους αἰκίζεται Ai. 65. πότερα δ' ἐν οἴκοις ἢ 'ν ἀγροῖς ὁ Λάϊος τῷδε συμπίπτει φόνῳ; OR 112. ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων 241. 819. οἴκοισιν εἰ ξυνέστιος ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτο ib. 249. ἄψορρος οἴκων τῶνδε 431. σχολῇ γ' ἂν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐστειλάμην 434. οὐκ εἶ σύ τ' οἴκους 637. κατ' οἴκους 1447. ἥδ' ἀναστάτους οἴκους τίθησιν Ant. 674. — ‖ Domus civium communis, *patria*, quae vocabuli vis inprimis in locutionibus adverbiascentibus cernitur. οὐ γὰρ ἦν λύσις ἄλλη στρατῷ πρὸς οἶκον El. 574. πρὸς οἶκον ἦλθε Ai. 436. πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον Ph. 58. ἐξ οἴκων μολεῖν 60. πλέω δ' ἐς οἶκον 240. πρὸς οἶκον τὸν σὸν ἐκσωσόν με 488. πλέων ἀπ' Ἰλίου πρὸς οἶκον 548. πάλιν πρὸς οἶκον οὐκέθ' ἵκετο OR 115. — ἐκτὸς οἴκων κἀπὶ γῆς ἄλλης φυγὰς ἀπώλου El. 1136. ὁδὸν ὡρμᾶτ' ἀπ' οἴκων Ἡρακλῆς Tr. 156. σεῦται ἐπ' οἴκους 646 ch. κῆρυξ ἀπ' οἴκων ἵκετο 757. πότερα πρὸς οἴκους πέλαγος Αἰγαῖον περῶ; Ai. 460. ἀπ' οἴκων εὐθὺς ἐξορμώμενος 762. σῶσαί μ' ἐς οἴκους Ph. 311. πλέω πρὸς οἴκους 383. πέμψον πρὸς οἴκους 1368. πέμπειν πρὸς οἴκους 1399. εἰς οἴκους μολεῖν OR 1010. ἵκου πρὸς οἴκους OC 741. — ‖ *Familiam* significat de *ortu* et *stirpe* hominis dictum, quae vis vocabuli inprimis Attica est. οὗτος πρωτογόνων ἴσως οἴκων οὐδενὸς ὕστερος Ph. 181 ch. Suidae scripturam v. λασίοις, ἥκων Brunck. secutus est, Pors. probavit Adv. p. 199. Sed Suidae codd. duo in hisque Leid. librorum omnium auctoritatem οἴκων firmant. Frigidissima sententia est Toupianae coniecturae οὐκ ὤν. — ‖ Hinc crebro dicitur de *statu rerum domesticarum et familiarum:* quae significatio a *domo* ipsa significanda duci poterit, consideratis eiusmodi exemplis velut πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα Ant. 1168 et ᾧ μηδέν ἐστ' οἴκοις [οἴκοι Dind. c. Wakef.] βαρύ Tr. 730. — τίς δ' οἶκος ἐν βροτοῖσιν ὠλβίσθη ποτέ; fr. inc. 679, 1. οὔ τί πω ἔλιπεν ἐκ τοῦδ' οἴκου πολύπονος αἰκία El. 514 ch. ὦ τὸν πατρῷον οἶκον ἐξεσωσάτην 978. οἱ κηδόμενοι τοῦ Τελαμῶνος τηλόθεν οἴκου Ai. 204 an. κατ' ὀρφανὸν γὰρ οἶκον fr. inc. 680. ἡ κατ' οἴκους, ὡς ἔχιδνα λαθοῦσά μ' ἐξέπινες Ant. 531. de insidiis non *intra domum*, sed a *domesticis et gente* imminentibus. τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι πήματα 594 ch. — ἀπ' οἴκων vitiosa scriptura in LA OR 1518. v. ἄποικος.

*Οἰκοτραφής v. οἶκοι. (II p. 295, 7.)

Οἰκουρέω *domi sedeo.* κατ' οἶκον οἰκουροῦσιν, ὥστε παρθένοι OC 343. Adsignificatur *custodia:* ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις Ph. 1328. κρύφιος οἰκουρῶν si coniunxeris, ut necesse est, non inanem abundantiam, sed gratam copiam orationis videbis.

Οἰκούρημα. ὦ φέγγος ὕπνου διάδοχον τό τ' ἐλπίδων ἄπιστον οἰκούρημα τῶνδε τῶν ξένων Ph. 868. ἐλπίδων ἄπιστον est ὑπ' ἐλπίδων ἀπιστηθέν, *de quo fere desperaram.* οἰκούρημα schol. explicat φυλακή, παρουσία. Et sane metonymia est οἰκούρημα pro οἰκουροῦντες dicto: ξένοι παρ' ἐλπίδα παραμένοντες.

Οἰκούριος. Pluralis τὰ οἰκούρια a scholiasta explicatur τὰ τῆς οἰκουρίας δῶμα, item εὐχαριστήρια. Tr. 542.: τοιάδ' Ἡρακλῆς ... οἰκούρι' ἀντέπεμψε τοῦ μακροῦ χρόνου. Eust. p. 602, 39. hoc exemplo usus interpretatur ὑπὲρ οἰκουρίας μισθούς.

Οἰκουρός *custos, nutrix.* Πηλέα οἰκουρὸς μόνη γεροντάγωγῶ Pel. fr. 434, 1. Acui vult EM p. 511, 10. Arc. p. 70, 5. 73, 5. 86, 11.

Οἰκτείρω *commiseror. Activum.* οἰκτείρω νιν Ph. 169 ch. Ai. 652. οἰκτείρομεν OC 255. εἴ τι κἄμ' οἰκτείρετε Ph. 1042. οἴκτειρε Ph. 507 ch. οἴκτειρέ με 756. οἴκτειρε τὴν τεκοῦσαν El. 1411. οἴκτειρε παῖδα τὸν σόν Ai. 510. — ἐπεί σφ' ἐγὼ ᾤκτειρα δὴ μάλιστα Tr. 464. κἂν ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειέ νιν Tyr. fr. 587, 8. *Ἥλιος οἰκτείρειέ με fr. inc. 772, 1. [v. s. Ἥλιος. —. ἐποικτείρειε volebat Wagner.] οἰκτειρόν τέ με Tr. 1070. οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον εἴδωλον OC 109. ἀλλ' ἐμὲ οἰκτείρατε 242 m. φύσαντ' [φύτορ' Dind.] οἰκτείρας Tr. 1034 m. οἰκτείραντες Ph. 309. — *Passivum.* ἀλλ' οὐκ ἐκ σέθεν ᾠκτείρεθ' οὗτος El. 1412.

Οἰκτίζω *commiseror.* Non legitur ultra aoristum. ἐπεί νιν τῶνδε πλεῖστον ᾤκτισα Tr. 312. χάρτ' ἂν ᾤκτισας 897. ἀλλ' οἴκτισόν σφας OR 1508. καί σ' οἰκτίσας θέλω 'πέρεσθαι OC 556. οἰκτίσαντες ἄνδρα δύστηνον Ph. 227. οἷον ἀναρσίων οὔπω Ἡρακλέους ἐπέμολε πάθος οἰκτίσαι Tr. 855 ch. [v. s. Ἡρακλῆς.] Hunc cum aliis locum respexit Eust. p. 806, 54. passive ap. Atticos et nominatim ap. Soph. οἰκτίζειν dictum reperiri, quanquam falso, affirmans.

Που || De locis *alicubi*, *nescio ubi*. χἄστ' οὐχ ἑκάς που Ph. 41. στίβον ὀγμεύει τόνδε πέλας που 163 an. οὐ μηδὲ κληδὼν ... μηδαμοῦ διῆλθέ που 256. μηδαμοῦ που coniungenda; sic accuratius firmatur sententia, velut Latinis *nunquam quidquam* et similia componere mos est. τὸν ἄνδρα τόνδ' οὖν οἶσθα τῇδέ που μαθών; OR 1128. ἔξω μέ που καλύψατε 1410. ἕως νιν ἀρτίχριστον ἁρμόσαιμί που Tr. 687. quod et tralate dictum putes. — || Extra locorum significandorum provinciam de rerum statu, tempore, conditionibus faciendi secundum coniecturam quandam loquentis interpretamur *aliqua parte*, *aliquo modo*, *puto*, *fortasse*, *forte*; significatio στοχαστική. Sic simpliciter dicitur: ἀξία δέ που μαθεῖν κἀγὼ τά γ' ἐν σοὶ δυσφόρως ἔχοντα OR 769. ἤ που τὸν ἐφέσπερον ... πελῶσι OC 1059 ch. ὦ φῶς ἀφεγγές, πρόσθε πού ποτ' ἦσθ' ἐμόν 1549. καὶ σύ που παρὼν ἔξοισθα 1587. καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος Ant. 1256. ἤ που ὀλοὰ στένει ἤ που ἀδινῶν χλωρὰν τέγγει δακρύων ἄχναν Tr. 846. ἀλλ' ὧδέ γ' Ἀτρείδας ἂν εὐφράναιμί που Ai. 469. καί που ... γελᾷ μου Ph. 1125. σοί που φίλος γ' ὤν 1385. θεοῖς γὰρ ὧδ' ἔδοξέ που Ai. 489. [De *v. 546 v. s. ποῦ. et in fine huius articuli.] σὺ μέν που ναίεις ... εὐδαίμων 596 ch. αἰὲν ἡμᾶς ἢ κακοῖς βαλεῖτέ που 1244. ὃ (*vas*) καὶ σὺ θάμνοις οἶσθά που κεκρυμμένον El. 55. [Dind. μοι, cum videatur in LA που ex μοι (vel ποι) factum.] νῦν δ' ἔκηλά που ... ἡμερεύσομεν 786. παρουσίαν μὲν οἶσθα καὶ σύ που φίλων ὡς οὔτις ἡμῖν ἐστίν 948. εὖ δ' ἔξοισθα πειραθεῖσά που 1244. ἔξοισθά που coniunguntur. His omnibus pariter Latinorum *puto* παρενθέτως interpositum optime convenit. *Forte* et aliquando *fortasse* explicueris in his exemplis. καί που πάγου χυθέντος Ph. 293. καὶ πού τι καὶ βορᾶς μέρος προσέδοσαν οἰκτείραντες 308. τῇ δ' ἐπιστήμῃ σύ μου προὔχοις τάχ' ἄν που, τὸν βοτῆρ' ἰδὼν πάρος OR 1116. χρόνῳ μάθοις ἄν,, οὐχὶ τῷ παρόντι που OC 580. κἀκεῖ τὸν Ἅιδην αἰτουμένη που τεύξεται τὸ μὴ θανεῖν Ant. 778. Eadem coniectandi opinandive ratio est in *dictis praecaventibus*. μή σοί γέ που δύστηνος ἀντήσας θάνοι Ai. 533. μή πού τις ἐγγὺς ἧμιν ἐγχρίμπτῃ βροτῶν El. 898. *conditionalibus*. ἢ φύλλον εἴ τι νώδυνον κάτοιδέ που Ph. 44. εἴτε του θεῶν φήμην ἀκούσας, εἴτ' ἀπ' ἀνδρὸς οἶσθά που OR 43. εἴ που κατ' οἶκόν μοι Κλυταιμνήστρα, κάλει El. 1473. τερπνὸν εἴ τί που πάθοι Ai. 521. τοῦτον εἰ βαλεῖτέ που, βαλεῖτε χἠμᾶς 1308. — *interrogantibus*. εἰσορᾶτέ που τὸν ἄνδρα; El. 1430. Herm. contra librorum omnium et Suidae fidem v. προάστειον dedit εἰσορᾶτε ποῦ, languere affirmans *videtisne fortasse*, quod mihi aptissime dici ad Electrae interpellationem ὦ παῖδες, οὐκ ἄψορρον; videtur: sic enim de rebus magnis et gravibus quanquam certa fide constant, iterum iterumque percontari solemus. Aliquid interrogationi simile inest etiam Ph. 553; οὐδὲν σύ που κάτοισθα τῶν σαυτοῦ πέρι. — Hoc in genere δή που et οὐ δή που s. οὔ τί που inprimis usitata sunt; illud satis certo nobis persuasum esse de veritate rogatorum ostendit, hoc aut vereri nos ne sit, ut dicamus, velle autem aliter esse, aut vix nobis persuaderi posse de veritate eorum, quae optemus. τὴν αἰχμάλωτον ... κάτοισθα δή που; Tr. 418. [quo loco Dind. c. Brunckio κάτοισθα δῆτ'; Al. οὔ φημι dedit.] οὐ δὴ κλύω που ... τοῖν μοι φίλοιν —; OR 1472. insperata res est. οὐ δή πού σέ γ' ἀπιστοῦσαν τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις ...; Ant. 381 an. οὔ τί που δοῦναι νοεῖς; Ph. 1233. Cf. Brunck. ad Arist. Eccles. 756. Herm. ad Eur. IT 904. — Nonnullis locis scriptura est ad diiudicandum ambigua. In Ph. 791. codd. aliquot εἴθε που διαμπερὲς στέρνων ἔχοιτ' ἄλγησις ἥδε, explicari nequit που, cum στοχασμός ad gravem laborantis affectum minime conveniat. Nunc ex LA scribitur εἴθε σου. Tr. 908 pro εἴ του nunc in PA et LA reperto vulgabatur ante Herm. που. Ant. 213. libri νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντί πού τ' ἔνεστί σοι. Non absimilis veri Dind. π. που πάρεστι. cf. quae dixi Jbb. f. w. Kr. 1838. p. 691. *In Ai. 546 nunc legere consentaneum νεοσφαγῆ τοῦτόν γε προσλεύσσων φόνον ex Flor. Γ. Alii codd. που τόνδε, LA τοῦ τόνδε. De OC 263, v. ποῦ. In Tyr. fr. 588, 6. certa videtur emendatio Meineckii ad Menandr. p. 571, αὐγασθεῖσά που pro αὐγασθεῖσ' ὕπο. Non minus vera Dindorfii emendatio, sed alius generis est, quippe που expellens: λόγῳ γὰρ οὐδὲν ἕλκος οἶδά πω τυχεῖν Past. fr. 449 a. — ἤ που et ἤ που v. ἤ et ἤ.

Πουλύπους v. πολύπους. (II p. 624, 8.)

Πούς *pes*. [Dativum πόδεσι Soph. metri causa admisit in fr. Thamyr. 228, 2. τὰ δ' ὅσα κλύομεν τρόχιμα, βάσιμα, χέρεσι, πόδεσι, quo loco cod. Ambros. ap. Keil. An. Gr. p. 8, 10 πόδεσσιν exhibet.] || Proprie dictum significationes duas habet, *pedis in corpore* et *pedis in nave*; quod posterius semel legitur ἐγκρατῆ πόδα τείνας Ant. 715. cf. Wyttenb. ad Plut. de amic. multit. p. 95. e. Altera prior perfrequens. νόσῳ καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα Ph. 7. ἐξέλκων πόδα πρὸς τοῦτ' ἄν 291. ἐνθήρου ποδός 698 ch. v. ἔνθηρος. πάταξον εἰς ἄκρον πόδα 748. ὦ πούς 786. ὦ πούς, πούς 1188 m. ἄκρου τις παρέρρωγεν ποδὸς ... φλέψ ibid. 824. οὐ χερός, οὐ ποδός, οὔ τινος ἄρχων 860 ch. ἐμοῦ ποδὸς ἄρθρον 1201 m. τῷδε δυστήνῳ ποδὶ 1377. μάρψας ποδός νιν Tr. 779. παράρυμα ποδός Polyx. fr. 475, v. παράρυμα. ῥυτῆρι κρούων γλουτὸν ὑπτίου ποδὸς inc. 938, 2. i. e. ῥαθαπυγίζων, v. ῥυτήρ. — ἄρθρα ἐνζεύξας ποδοῖν OR 718. ποδῶν ἄρθρα 1032. λύω σ' ἔχοντα διατόρους ποδῶν ἀκμάς 1034. ἥδιστον δ' ἔχων ποδῶν ὑπηρέτημα El. 1358. oppositi *manibus* pedes. τάχος γὰρ ἔργου καὶ ποδῶν ἅμ' ἕψεται Ai. 814. τὸ δ' ἔγχος ἐν ποσὶν κυλίνδεται inc. fr. 873. v. ἔγχος. [πόδεσι *dativum* v. supra in fr. Thamyr. 228, 2.] — || Hinc primum ad *motum* refertur, *itionem* et *gressum*. Id *propria* dictione adhibita fit in his: ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι Ai. 246 ch. i. e. *clam profugere*, de qua eadem re φυγᾷ πόδα νωμᾶν OR 468 ch. et φοιτᾷ ... μέλεος μελέῳ ποδὶ χηρεύων 479. ch. σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα κρύψον κατ' ἄλσος OC 113. *deducas me in lucum, ut lateam*, adest σχῆμα καθ' ὅλον καὶ κατὰ μέρος. [Dind. commendavit Martini inventum τόδε pro πόδα, nuperrime M. Schmidti τόδ' αὖ.] μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς 193 ch. μολεῖν καθαρσίῳ ποδὶ Παρνησίαν ὑπὲρ κλιτὸν Ant. 1144 ch. His addendum videtur ἀποπλήκτῳ ποδὶ Thyest. fr. 247, μανιώδει explicatum ab Hesychio. Manifestus a pedum ipsorum ministerio repetuntur haec, ceterorum quasi viam praemunientia: οὐκ ἄψορρον ἐκνεμεῖ πόδα; Ai. 369. ὃν οὐδαμοῦ φῂς οὐδὲ συμβῆναι ποδί; 1281. *adstitisse*, v. Herm. δεῦρ' ἦξα θᾶσσον ἢ καθ' ἡδονὴν ποδός OC 890. ἐξεκίνησεν ποδοῖν στικτὸν κεράστην ἔλαφον El. 567. κοῦφον ἐξάρας πόδα Ant. 224. ὄχοις ἐμβεβὼς πόδα Hydroph. fr. 599. *insistens*. Cf. Pflugk. ad Eur. Hecub. 812. *Gradiendi* vim *tralate* positam haec referunt: ἔνθ' οὐ ποδὶ χρησίμῳ χρῆται OR 878. de eo qui in lubricum quasi et praecipitem locum deductus firmitatem et certitudinem agendi non habet, facile

ruit ad perniciem. πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύσῃ Ant. 619 ch. βέβηκε τὴν πανυστάτην ὁδῶν ἁπασῶν ἐξ ἀκινήτου ποδὸς Tr. 875. et de *recedentibus* et *evitantibus* τῶν δ' ὑπεκτρέπει πόδα Tr. 549. Ex eodem fonte repetenda locutio ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα Ph. 1260. cf. Blomf. gl. Aesch. Prom. 271. Boeckh. expl. Pind. p. 281. — ‖ *Circumlocutioni* adhibetur. οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδὸς ἡμᾶς τοσούσδε πρὸς βίαν χειρώσεται Ph. 91. i. q. μόνος ὤν. Minus probabilis videtur scholiastae ratio ἤγουν χωλὸς ὤν interpretati. Quae Musgr. comparavit, plane diversa sunt. Inde ζῶντι ποδί est *vivus vigensque*. ζῶντι ποδὶ χρώμενον inc. fr. 751. Huic simile est sed structura diversum Ὀρέστην ἐχθροῖσιν αὐτοῦ ζῶντ' ἐπεμβῆναι ποδί El. 456. ductum a pede cervicibus imponendo. — ‖ Addo locutiones adverbiales *res* inprimis *praesentes* et *instantes* significantes, ἐν ποσί, πρὸς ποσί, παρὰ πόδα. βράχιστα γὰρ κράτιστα τἀν ποσὶν κακά Ant. 1328. cf. Herm. l. c. et C. F. Hermann. ad Lucian. de hist. conscr. p. 15. ἡ Σφὶγξ τὸ πρὸς ποσὶ [ποσὶν LA] σκοπεῖν μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ προσήγετο OR 130. τά apogr. καιρὸς ... πολύ τι παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται Ph. 838 ch. schol.: ἐν ἑτοίμῳ, συνεγγύς, πλησίον: *si statim utare* Herm. — De tono vocabuli observavit EM p. 686, 10. Arc. p. 126, 6 et horum fons Herod. π. μ. λ. p. 14, 35. (II p. 625, 21.)

Πρᾶγμα. ‖ *facinus*. πρᾶγμ' ἀνὴρ πράσσων μέγα El. 320. πῶς γ' ἂν τό γ' ἆκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις; OC 977. τὸ γὰρ πρᾶγμ' οὔτ' ἔδρασα Ant. 239. τῳ ξυνειδέναι τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι 267. ἀρκτέον τὸ πρᾶγμα σὺν τάχει τινί Ai. 853. — τόδ' ἐκδιδάσκει ... φρένας χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ' ἵστασθαι βροτῶν Ant. 299. αἰσχροῖς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ' ἐκδιδάσκεται El. 621. Num his accenseam de re certa magna et gravi dictum ambigo inc. fr. 696, 2.: ὦ γλῶσσα ..., πῶς δῆτα τλήσει πρᾶγμ' ἐπεξελθεῖν τόδε; — ‖ *res*. πρᾶγμα πορσύνων μέγα El. 670. *nuntians*. τί δ' εἰδὼς τοῦδε πράγματος πέρι [πάρει Dind. c. Schneidew.]; Ai. 747. τὸ σὸν φράσον αὖθις πάλιν πρᾶγμ', ὅτῳ σ' ἐνύβρισαν Ph. 342. τίνος δ' Ἀτρεῖδαι τοῦδ' ἄγαν οὕτω ... ἐπεστρέφοντο πράγματος χάριν; 599. ἔχετε τὸ πρᾶγμα 789. *morbum* dicit. εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον OR 255. ὅτου ποτὲ μῆνιν τοσήνδε πράγματος στήσας ἔχεις 699. hoc etiam *facinus* vel *conatum* significare potest. πράγματος ποίου; OC 1170. τὸ πρᾶγμ' ἄγειν οὐχ ὡς παρ' οὐδέν Ant. 34. κἀποφράγνυσαι κύκλῳ τὸ πρᾶγμα 242. τοιοῦτον ἦν τὸ πρᾶγμα 407. *sic res gesta est*: id exemplum viam facit ad inveniendam tertiam significationem. — ‖ *rerum ratio* et *status*, in quo quis constitutus est. κἀνήρετ', ἐν τῷ πράγματος κυροῖ ποτέ Ai. 314. *quid sibi accidisset*. ποῦ πότ' εἰμὶ πράγματος; Tr. 375. *in quod malum incucurri*.

Πρᾶγος. ‖ *facinus*. νυκτὸς πρᾶγος ἄσκοπον ἔχει περάνας Ai. 21. προσβλέπειν δ' ἔξεστί σοι τὰ τοῦδε πράγη 347. quanquam etiam de *rebus* intelligi dictum potest. — ‖ *res*. πρᾶγος δ' ἀτίζειν οὐδὲν ἄνθρωπον χρεών OC 1153. sic recte ex schol.: ἀνθρώπων codd. V. Porson. advers. p. 167.

Πρακτέος *faciendus*. ἐκμαθεῖν τί πρακτέον OR 1439. (II p. 626, 8.)

Πράκτωρ. ‖ *auctor*. Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ Tr. 251. ἁ δ' ἀμφίπολος Κύπρις ... τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ 862 ch. — ‖ *ultor*, ab *exactoris pecuniarum* significatione deflexum: v. πράσσω. φόνου πότ' αὐτὸν πράκτορ' ἵξεσθαι πατρός El. 953. Suid. v. πράκτορα explicat ἔκδικον.

Πρᾶξις. ‖ *effectio*. σχετλιώτατα πρός γε πρᾶξιν Tr. 879. sc. θανεῖν αὐτήν φημι. Schol. σχετλιώτατα ἦλθε πρὸς τὴν ἀναίρεσιν scribens aliud quoddam legisse videtur: v. σχέτλιος. — ‖ *actio*, *res* quatenus *patratur*. δεινὴν γάρ τιν' ἂν πρᾶξιν τύχοις λέξας, ὁποίας ἐξαφισταίμην ἐγώ OC 561. — εἰ γὰρ αἱ τοιαίδε πράξεις τίμιαι OR 895 ch. πρὸς δὲ τὰς πράξεις ... ἀντιδρᾶν πειράσομαι OC 958. τάς τε πρόσθεν τάς τε νῦν ἠλέγχομεν πράξεις Ant. 435. — ‖ *res* quatenus *accidit*, inde universe dictum de *fortunarum* statu. ἥκει φέρων Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν Ai. 790. Coniecturam olim quorundam βάξιν refutavit Erf. οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν 792. quae cum nuntius ad Tecmessae dictum μῶν ὀλώλαμεν respondet, una omen respuere sese significat. *τὴν αὐτοῦ σκοπῶν πρᾶξιν Tr. 152. [secl. Dind.] ἀνδρὸς εὐτυχῆ κλύουσα πρᾶξιν τήνδε 294. σοὶ κακὰς πράξεις ἐφυμνήσασα τῷ παιδοκτόνῳ Ant. 1305.

Πρᾶσις *venditio*. ὠνὴν ἔθου καὶ πρᾶσιν inc. fr. 756, 1. *mercatum instituisti*.

Πράσσω. I. *Formae*. ‖ *Activi praesens* πράσσω Tr. 600. El. 618. πράσσεις OC 825. πράσσει Ph. 424. OR 74. Ant. 625 ch. 689. πράσσουσι El. 1400. — πράσσῃς Tr. 597. — πρᾶσσε El. 678. πράσσετον OC 500. — πράσσειν Ph. 87. 88. 836 ch. 1178 ch. 1449 an. OR 1417. OC 1774 an. Ant. 68. 70. 447. 565. 1335. Tr. *57. 93. *587. 1156. 1247. Ai. 1401. El. 914. 1026. *1506. Alet. fr. 94, 2 et 6. — πράσσων Ph. 1250. OR 1351 m. Ai. 1288. El. 200 ch. 320. Synd. fr. 155, 1. πράσσοντος Ant. 701. Tynd. fr. 562, 1. πράσσοντι Naupl. fr. 377, 1. inc. 964, 3. πράσσοντα Tr. 230. 297. Ai. 136 an. OC 1764 an. πράσσοντε El. 1002. πράσσοντες inc. fr. 663, 1. πράσσουσιν Ant. 564. Mys. fr. 358, 1. — *imperfectum* ἔπρασσον OR 1403. OC 272. 951. — *futurum* πράξω Tr. 1215. πράξεις Ph. 851 ch. OC 645. 956. πράξει Ai. 1420 an. πράξειν Tr. 1171. — *aor.* ἔπραξα Ph. 1269. OR 69. ἔπραξας Ph. 1226. ἔπραξε et ἔπραξεν OC 1704 ch. 1705 m. Eandem librorum scripturam ἔρξε correxit Herm. Ai. 905. ἔπραξαν Ai. 446. πράξαιμι OR 862. 1006. πράξειας El. 801. fr. Oicl. 415 b, 1. πράξειεν OC 391. πράξαιμεν Ant. 272. πρᾶξον Ph. 1399. πραξάτω OC 497. πράξαντος inc. fr. 773. — ‖ *Passivi praesens* πρασσομένων Tr. 1267 an. — *imperf.* ἐπράσσετο OR 125. — *perf.* *πέπρακται inc. fr. 779, 1. πεπραγμένον OR 1140. πεπραγμένα OR 621. Tr. 664. πεπραγμένοις El. 549. — *fut.* 3. πεπράξεται OC 861. — *aor.* ἐπράχθη Tr. 679. πραχθέντος OR 220. πραχθέντα *nom.* OC 1581. *acc.* OC 1115. πραχθέντων OR 1237. — ‖ *Medii* unum *aoristi* exemplum legitur ἐπραξάμην OR 287. — Scriptura legitima tragicorum πράσσω, non πράττω, summo librorum consensu servatur, praeter πράττειν Tr. 1156. mire a libro etiam LA et Ph. 1442 et ab hoc et Flor. Γ. retento. Quanquam ξύμπραττε legitur in Flor. Γ. Δ. Θ. LA. LB Ai. 1396.

II. *Usus*. 1. Perfrequens prima significatione *faciendi*, i. e. *perficiendi* et *exsequendi*, contraria illa *dicendo*, *suadendo*, *consultando*. τοὺς δὲ (λόγους) καὶ πράσσειν στυγῶ Ph. 87. ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς 88. πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν; 836 ch. v. Herm. ἐξιδοῦ ὅτι πράξεις 851 ch. [Dind. pro ὅτι recepit gl.] φίλα ταῦτα παρήγγειλας ἑκόντι πράσσειν 1178 ch. ἔπραξας ἔργον ποῖον ...; 1226. πράσ-

σων τάδε 1250. hoc cum solum *factum* spectet, non minus apte conveniret ποιῶν. ταὐτά μοι πρᾶξον 1399. μὴ νῦν μέλλετε πράσσειν 1449 an. οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν ὧν οὔ σοι φίλον OR 862. v. Ph. 1250. ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις 1403. adsignificato atroci et foedo facinore. ὧν ἐπαιτεῖς εἰς δέον πάρεσθ' ὅδε Κρέων τὸ πράσσειν 1417. εἰ φρονῶν ἔπρασσον OC 272. ἀτέρα μολοῦσα πραξάτω τάδε 497. ἐν τάχει τι πράσσετον 500. ἐν ᾧ (χώρῳ) τί πράξεις; 645. οὔτε γὰρ τὰ νῦν δίκαια πράσσεις 825. καὶ ταῦτ' ἂν οὐκ ἔπρασσον 951. πράξεις οἷον ἂν θέλῃς 956. v. Ph. 1250. ταῦτα ... πράσσοντα 1764 an. ὁπόσ' ἂν μέλλω πράσσειν πρόσφορά θ' ὑμῖν 1774 an. εἰ θέλοις ἔτι πράσσειν Ant. 70. τὰ κηρυχθέντα μὴ πράσσειν τάδε 447. εἵλου σὺν κακοῖς πράσσειν κακά 565. ὅσα... πράσσει τις 689. τῶν προκειμένων τι χρὴ πράσσειν 1335. κἂν αἰσχρὰ πράσσῃς Tr. 597. εἴ τι χρὴ πράσσειν 1156. τὰ δ' ἄλλα πράξω 1215. πράσσειν ἄνωγας οὖν με πανδίκως τάδε; 1247. *τίνος πότ' ἄρ' ἔπραξε χειρὶ Ai. 905 ch. *caedem patravit.* Verisimilis Hermanni [quam Dind. recepit] coniectura ἔρξε, cum versui chorico trimetri speciem ab imperito correctore inditam esse iure suspiceris. ὅδ' ἦν ὁ πράσσων ταῦτα 1288. εἰ δὲ μή 'στί σοι φίλον πράσσειν τάδ' ἡμᾶς 1401. εἴτ' οὖν θεὸς ... ἦν ὁ ταῦτα πράσσων El. 200 ch. μανθάνω δ' ὁθούνεκα ἔξωρα πράσσω 618. οὔτ' ἐμοῦ καταξίως [κατάξι' ἂν Dind. c. Both.] πράξειας 801. οὐδὲ...ὁ νοῦς φιλεῖ τοιαῦτα πράσσειν 914. τί νῦν πράσσουσιν; 1400. οὐ χρῆν τάδ' οὕτω δαίμονας θνητῶν πέρι πράσσειν Alet. fr. 94, 6. *Suscepti ad faciendum consilii adsignificatio* aliquando praevalet. πρᾶγμ' ἀνὴρ πράσσων μέγα El. 320. *Rem magnam volvens* significatur. Cf. Markl. ad Eur. Suppl. 324. *εἴ τι μὴ δοκῶ πράσσειν μάταιον Tr. 587. [secl. Dind.] αὐτὰ δή σοι ταῦτα καὶ πράσσω 600. ἴασιν ... ταύτην ἔπραξα OR 69. Eodem modo dicitur *passivum,* cuius participia aliquando *eventorum* et *rerum gestarum* significatione praedita sunt. εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ ἐπράσσετ' ἐνθένδε OR 125. ad *subornandum* latronem spectat: *nisi hinc transactum esset.* ξένος δὲ τοῦ πραχθέντος 220. τὰ τοῦδε μὲν πεπραγμέν' ἔσται, τἀμὰ δ' ἡμαρτημένα 621. λέγω τι τούτων ἢ οὐ λέγω πεπραγμένον; 1140. *verane?* τῶν δὲ πραχθέντων τὰ μὲν ἄλγιστ' ἄπεστιν 1237. ἦ τοῦτ' ἐπράχθη Tr. 679. *rei gerendae viam.* θεοῖς ἀγνωμοσύνην εἰδότες ἔργων τῶν πρασσομένων 1266 an. οὐκ εἰμὶ τοῖς πεπραγμένοις δύσθυμος El. 549. τοῦτο νῦν πεπράξεται OC 861. τὰ πραχθέντ' εἴπατε 1115. ἃ δ' ἦν τὰ πραχθέντα 1581. *ἐπεὶ πέπρακται πᾶν τὸ τοῦ θεοῦ καλῶς inc. fr. 779, 1. [in suspitionem vocavit Nauck.]. —.— ‖ Peculiarem sermonis usum ab illa vi verbi deflexum exempla monstrant haec. σὺ μὲν τὰ σαυτῆς πρᾶσσε El. 678. *tuas res cura.* τὸ γὰρ περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα Ant. 68. ὦ πάντα πράσσων Synd. fr. 155, 1. fortius quam ὦ πολλά. *ὅστις πέρα πράσσειν γε τῶν νόμων θέλει El. 1506. *si ius violaverit.* [secl. Dind.] δέδοικα μὴ περαιτέρω πεπραγμέν' ᾖ μοι πάντα Tr. 664. *ne longius in faciendo sim progressus*, i. e. ne sim nimia ausa: v. πέρα. οὐδὲν εἰς χάριν πράσσων OR 1351 m. *minime gratificatus*, i. e. pessime de me meritus; sensu, non dictione simile huic est αὔτ' Ἀτρεῖδαι φωτὶ παντουργῷ φρένας ἔπραξαν Ai. 446. sc. τὰ ὅπλα, *in gratiam concesserunt*, κατεχαρίσαντο. Dukerum ad Thuc. 4, 89. antestatur Lob. — Deinde contra ponuntur αἰνεῖν *polliceri.* ἃ δ' ᾔνεσάς μοι ... ταὐτά μοι πρᾶξον Ph. 1399. βουλεύειν *consultare.* ὧν ἐπαιτεῖς εἰς δέον πάρεσθ' ὅδε Κρέων τὸ πράσσειν καὶ τὸ βουλεύειν OR 1417. [κλύειν *audire:* οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων, τούσδε καὶ πράσσειν στυγῶ.] λέγειν et λόγος *dicere, dictum.* ὅσα λέγει τις ἢ πράσσει τις Ant. 689. ξένος μὲν τοῦ λόγου τάδ' ἐξερῶ, ξένος δὲ τοῦ πραχθέντος OR 220. —.— ‖ Sed dicitur etiam de *statu et rebus, in quibus quis constitutus est et versatur*, specie quidem intransitivo verbi genere, revera ut aliquod nomen rei gestae intelligatur. Additur id OC 391. 1704. de quibus statim dicetur, et OR 1006. ὅπως σοῦ πρὸς δόμους ἐλθόντος εὖ πράξαιμί τι, idem quod κερδάναιμι, in quam sententiam Musgr. contulit Tr. 190: cf. Krueger. ad Xen. Anab. 6, 2. p. 336. *Universe* igitur de *rerum statu* haec dicta sunt. τί πράσσει OR 74. ἔπραξεν οἷον ἤθελεν OC 1704 m. *effecit, quod voluit*, i. e. eam fortunam nactus est, quam cupiverat. πράσσει δ' ὀλιγοστὸν χρόνον ἐκτὸς ἄτας Ant. 625 ch. οὐδεὶς μάντις τῶν μελλόντων, ὅτι πράξει Ai. 1420 an. πράξειας κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν fr. Oicl. 415 b, 1. De *faustis* rebus: εὖ πράσσειν. τό γ' εὖ πράσσειν κέρδος ἐμπολᾷ Tr. 93. ἔνεστι ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα μὴ σφαλῇ ποτέ 297. σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω Ai. 136 an. εὖ πράσσοντος ὀλβίσαι τύχας ἀνδρός Tynd. fr. 562, 1. τίς δ' ἄν τι τοιοῦδ' ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν; OC 391, quod paulo aliter dictum prioribus, significans *quale commodum quis ab eiusmodi sene accipiat?* Libri τίς δ' ἂν τοιοῦδ' ὑπ' ἀνδρός. τι addidit Herm. [fortasse praeferendum videatur Blaydesi τί δ' ἂν τοιοῦδ' ὑπ' ἀ.] εὐτυχῶς. σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς Ant. 701. καλῶς. *τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν Tr. 57. [secl. Dind.] ἄνδρα καλῶς πράσσοντα 230. κἀδόκουν πράξειν καλῶς 1171. τούσδε μὲν πράσσειν καλῶς Alet. fr. 94, 2. Paulum ab his differt οὐ γὰρ εἴχομεν... ὅπως δρῶντες καλῶς πράξαιμεν Ant. 272. *quomodo incolumitatem assequeremur.* — De *adversis* rebus dicitur: κακῶς πράσσειν. κεῖνός γε πράσσει νῦν κακῶς Ph. 424. ἐκ λόγων καλῶς κακῶς ἔπραξα 1269. οὐδ' ὃς ἂν βλάστῃ μένει νοῦς τοῖς κακῶς πράσσουσιν Ant. 564. ὅρα, κακῶς πράσσοντε μὴ μείζω κακὰ κτησώμεθ', εἴ τις τούσδ' ἀκούσεται λόγους El. 1004. Hermanni explicatio *si res male cedat* plane abundare facit εἴ τις ἀκούσεται, haec enim ipsa illa κακὴ πρᾶξις est. Sed interpretandum puto *cum iam simus miserae, cavendum ne maiorem calamitatem trahamus.* εἰκὸς γὰρ ἐγγειροῦντα καὶ πράσσειν κακῶς 1026. καλῶς κακῶς πράσσοντι συμπαραινέσαι fr. inc. 964, 3. τοῖς κακῶς πράσσουσιν Mys. 358, 1. τῷ κακῶς πράσσοντι μυρία μία νὺξ ἐστὶν Naupl. 377, 1. οἱ κακῶς πράσσοντες οὐ κωφοὶ μόνον inc. 663, 1. φίλου κακῶς πράξαντος ἐκποδὼν φίλοι inc. 773. — ‖ *Medio* οὐδ' ἐν ἀργοῖς οὐδὲ τοῦτ' ἐπραξάμην OR 287. sua sententia constat, ut *perficientis plurimum ut perficiatur interesse dicatur*, v. C. Matthiae qu. Sophocl. p. 98. [nisi ἐπράξαμεν cum Meinekio scribendum.]

Πρᾱτός *venumdatus.* πρατόν νιν ἐξέπεμψεν Tr. 276.

Πρᾱΰνω (ῡ) *lenio.* κοιμῶ τόδ' ἕλκος, ὥστε πραΰνειν πάνυ Ph. 650. (II p. 630.)

[*Πρεπόντως. γήρᾳ πρεπόντως σῷζε τὴν εὐφημίαν fr. 206. coni. Nauck. pro προσόντως vel προσηκόντως, quod est in libris Stobaei 117, 3.]

Πρέπω v. Buttm. Lexil. 1. p. 19. Sed falso vulgo imperfecto tenus flecti iudicant, si quidem πρέψει legitur Aesch. Eum. 992. ‖ *decoro adspectu esse* et fortasse *videri* universe significat πρέπει γὰρ ὡς

τύραννος εἰσορᾶν El. 664. Hesych. πρέπον: ὅμοιον explicat, v. Abresch. ad Aesch. Ag. 330. Musgr. ad Eur. Suppl. 1059. — ‖ *decere*. Adest subiecti casus *nominativus*: ὁ πᾶς ἐμοί, ὁ πᾶς ἂν πρέποι παρὼν ἐννέπειν τάδε δίκα χρόνος El. 1255 m. ῥῆσις βραχεῖα τοῖς φρονοῦσι σώφρονα πρέπει fr. Acris. 6, 2. οὐ γάρ τι θεσμὰ τοῖσιν ἀστίταις πρέπει Alex. 81, 1. Sed cum *infinitivo* dicitur: οὐδὲ πᾶν ἀναπτύξαι πρέπει πρὸς φῶς El. 639. τῆς σε τυγχάνειν πρέπει Tr. 728. ὥστε μὴ σιγᾶν πρέπειν 1126. οὐκ ὀκνεῖν πρέπει Ph. 111. θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα Ant. 92. ὀξηρὸν ἄγγος οὐ μελιττοῦσθαι πρέπει fr. Iphig. 293 b. θέσθαι πρέπει σοφὸν κυβευτὴν inc. 686, 1. — ‖ Separatim poni oportet *participii* exempla. Id dicitur aut cum ἐστί coniunctum, aut tanquam adiectivum additur nomini. ἔπραξας ἔργον ποῖον ὧν οὔ σοι πρέπον; Ph. 1227. ταῦτ' ἐστὶν ἤδη κἀποθαυμάσαι πρέπον OC 1586. πρέπον γε τἂν ἦν δαίμονος τοὐμοῦ τόδε Ai. 534. Hoc cum genitivo paulo insolentius dictum explicat inde Stallb. ad Plat. Menex. p. 239 c., quod πρέπον pro ἄξιον ponatur; mihi ea potius causa videtur, quod substantivi naturam induerit. ὃς ἀσκεῖ μὴ πρέποντ' αὐτῷ κακὰ Tr. 384. πρέπων ἔφυς πρὸ τῶνδε φωνεῖν OR 9. σιγώμενος γάρ ἐστι θρηνεῖσθαι πρέπων Tyr. fr. 585, 2.

Πρεσβεῖον. τῆσδε γῆς πρεσβεῖα νείμας Aeg. fr. 19, 3, de praecipua terrae Atticae parte Aegeo concessa in honorem aetatis.

Πρεσβεύω. ‖ Transitive *colo*. μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον Tr. 1065. — ‖ Intransitive *maiorem natu esse*. τὸ πρεσβεύοντ' ἐμὲ οὕτω γελᾶσθαι τοῦ κασιγνήτου πάρα OC 1422. Haec antiquissima et praecipue legitima verbi videtur significatio; ab ea tralatum illud, quod *in honore esse*, *coli* sic dicitur. Ὀλύμπου τοῦδ' ὁ πρεσβεύων πατὴρ Ai. 1389. Ἴναχε ... μέγα πρεσβεύων Ἄργους τε γύαις Inach. fr. 256, 2. Hinc est *praestare*. φημ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολύ Ant. 720.

Πρέσβυς. ‖ Positivus non significat nisi *senem*. Φοῖνιξ θ' ὁ πρέσβυς Ph. 562. πατέρα πρέσβυν 665. κἀξ ὁδοῦ μ' ὅ θ' ἡγεμὼν αὐτός θ' ὁ πρέσβυς ἠλαυνέτην OR 805. ὁ πρέσβυς κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο 807. ὁ πρέσβυς Πόλυβος 941. πλανάτας τις ὁ πρέσβυς OC 124 ch. τίς ποθ' ὁ πρέσβυς 143 an. ὦ πρέσβυ OC 1209. Ant. 1033. πρέσβυ OR 1013. 1121. 1147. OC 1146. πρέσβεις *senes* in alloquendi formula recte puto Neuium et Hermannum adscivisse OR 1111. scriptum a pr. m. in LA erasa una post ι littera. Certo exquisitius est quam a Brunckio receptum πρέσβυ, quod legitur in apogr. compluribus; plerique codd. πρέσβυν, quod schol. secundus explicat, sed inutile est, cum non opus sit pastorem memorari qui statim βοτὴρ vocatur, cum chorum in novae scenae initio appellari mos et consuetudo postulent. Pluralis eum usum Musgravio πρέσβει corrigenti dubitabilem visum Hermannus firmavit Aesch. Pers. 842. — ‖ Comparativus semel dictus *maioris* et *valentioris* significatu. εἰ δέ τι πρεσβύτερον ἔτι κακοῦ κακόν, τοῦτ' ἔλαχ' Οἰδίπους OR 1364 m. Schol. non recte εἴ τι κακοῦ κάκιον. — ‖ Superlativus *honoratissimum* s. *maxime honore cultum* significat. Ἥλιε, φιλίπποις Θρῃξὶ πρέσβιστον σέλας fr. Ter. 523, v. σέβας. ἦλθεν δὲ δαὶς θάλεια πρεσβίστη θεῶν Tript. 539. [quod Hesych. explicat ἡ δι' ἐράνων εὐωχία· ἔνιοι δὲ τὰς Μούσας.]

Πρήθω v. πίμπρημι.

Πρίαμος n. pr. Πριάμου μὲν υἱός Ph. 605. [Cognominis tragoediae Soph. sunt fr. 476 sq. ap. Dind.] (II p. 631, 15.)

Πριασθαι *redimere*. Est enim authypotactum, aoristo minus bonae notae ὠνήσασθαι ab Atticis subrogatum: v. Herod. Philet. p. 453. Hellad. p. 951. Schol. Ar. Plut. 7, quorum verba tractat Lob. ad Phryn. p. 138. — τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην ἀνδρὶ πρὸς τὸν ἡδονήν Ant. 1170. v. πρός. οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτόν, ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται Ai. 477. Utrobique tralate dictum verbum.

Πρίν. A regula produci iubente excipi observat EM p. 405, 33. ‖ *Adverbium* est, *ante*, *prius*, etiam *olim* significans. ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας Ph. 52. ἀρχάς, ἃς ἐκεῖνος εἶχε πρὶν OR 259. τὸν οὔτε πρὶν νήπιον νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν 652 ch. πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρις (f. ἔρως) OC 367. τῶν πρὶν ἡμαρτημένων 439. τοῦ πρὶν θανόντος Μεγαρέως Ant. 1303. πρὶν μὲν ὀρθοὶ πάντες ἕστασαν δίφροι El. 723. αἳ πρὶν μὲν ἦσαν ἐξ ἐλευθέρων ἴσως ἀνδρῶν Tr. 301. ὃς πρὶν ᾤχετο 733 ὃν ἐξεπέμψω πρὶν ... κρατοῦντα Ai. 612 ch. πρὶν μὲν ... δείματος ἦν μοι προβολὰ ...Αἴας 1211 ch. τὴν δ' Εἰδυῖα πρίν ποτε ἔτικτε Scyth. fr. 491. Eadem aliquando vis inest, cum *articulus* additur. ἀνδρὸς εὐτυχοῦς τὸ πρὶν inc. fr. 964, 4. Sed τὰ πρὶν γὰρ ἐκ λόγων καλῶν κακῶς ἔπραξα Ph. 1269. nominis vice a verbo ἔπραξα suspensum habere videtur τὰ πρίν. — Nam cum articulo *substantivi*, vel cum adest substantivum, *adiectivi* munere fungitur. ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ Ph. 1224. ἡ γὰρ πρὶν αὐτὸν ἐξέπεισ' ἀπαιδία OR 1024. ὁ πρὶν παλαιὸς ὄλβος 1282. Θησεὺς τοῦ πρὶν Αἰγέως τόκος OC 69. *eius*, *qui olim fuit*, mortui. τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει νόμος ὅδε Ant. 612 ch. v. ἔπειτα. Non puto τὸ πρὶν adverbium esse, sed adverbii simile. τὰ πρὶν εὖ θέμενοι El. 1434. *priora*. τὰ πρὶν δ' ἔργα χεροῖν Ai. 618 ch. Unum memorabile est ὦ λῷστε τῶν πρὶν ἐντόπων Ph. 1171 m. non enim dicuntur qui *olim*, nec qui *ante adfuerunt*, adsunt enim; qui *adhuc* s. *hucusque ad me accesserunt* significari par est. (II p. 632, 4.)

2. πρίν *coniunctio*. De usu eius minime explicate disseruere veterum gr. Bekk. An. p. 164, 8. gr. Herm. p. 341, 146. —.— a. ‖ cum *indicativo* rei gestae indice et *aoristi* quidem *antequam* significans. πρίν μοι τύχη τοιάδ' ἐπέστη OR 776. —.— b. cum *coniunctivo* rei incertum an proximo aliove tempore futuro exspectandae indice ἂν additum habet his locis. φράσῃς μοι μὴ πέρα, πρὶν ἂν τὰ μάθω πρῶτον τόδε Ph. 332. παῦλαν ἴσθι μή ποτ' ἂν τυχεῖν ... πρὶν ἂν τὰ Τροίης πέδι' ἑκὼν αὐτὸς μόλῃς 1332. μήπω γε (στεῖχε) πρὶν ἂν τῶν ἡμετέρων ἀΐῃς μύθων 1409 an. λόγος μέν ἐστ' ἀρχαῖος ... ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν θάνῃ τις Tr. 2. quo loco LA et PA coniunctivum sua cum firment auctoritate, poeta in orationem rectam recidisse videtur. οὔ (sc. ἄπει). πρίν γ' ἂν εἴπῃς Tr. 415. πρὶν ἄν τι δράσῃς (sc. οὐ θέλεις); Ai. 107. πρὶν ἂν δεθεὶς ... θάνῃ [δαμῇ Dind.] 108—110. quae inter Aiacis et Minervae personam, huius rogantis, respondentis illius divisa sunt. μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν τέρμα τοῦ βίου περάσῃ OR 1529. οὐδ' ἐμοὶ ... ἐστὶ θάρσος, πρίν γ' ἂν ἐνδείξω OC 48. οὐ γάρ ποτ' ἔξει ... πρὶν ἂν κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων 909. οὐχὶ παύσομαι, πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων 1041. ἀμήχανον ... ἐκμαθεῖν ... πρὶν ἂν ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ Ant. 176. οὐχ ὕμιν Ἀίδης μοῦνος

ἀρκέσει, πρὶν ἂν ... δηλώσηθ' ὕβριν 308. οὐ, πρὶν ἂν φάγῃ καλῶς ... ἐργάζεται Synd. fr. 149, 2. — Sed ἄν sensus discrimine nullo omittitur. μὴ στέναζε, πρὶν μάθῃς Ph. 917. εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει, πρὶν πυρὶ πόδα τις προσαύσῃ Ant. 619 ch. ὅπως ... μηδ' ὄψεταί νιν μήτε φέγγος ἡλίου ... πρὶν κεῖνος ... δείξῃ Tr. 608. οὐ γὰρ ἔσθ' ἥ γ' αὔριον, πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν 946. μὴ 'ξω παρήκειν, πρὶν παρὼν αὐτὸς τύχῃ Ai. 742. Quod cum orationis obliquae a praeterito suspensae (ἀπηύδα) sit, legitimus erat optativi usus; quanquam si infinitivus a verbo pendens praesentis aut futuri est, non raro coniunctivus subrogatur. Ceterum τύχοι ex apogr. paucos recepit Dind. — οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ Ai. 965. οὐ χρὴ ... ὀλβίσαι τύχας ... πρὶν αὐτῷ ... βίος διεκπερανθῇ Tynd. fr. 572, 2. μήπω μέγ' εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς Tyr. 583 b. Praeceptum Elmsleii de recte dicendo πρίν cum coniunctivo (v. ad Med. 215.), ut insit negandi vel prohibendi sententia, a Soph., quantum noscitur, observatum est. Nam in Ant. 176. ἀμήχανος negandi particulam continet. Regulam illam firmare aggressus Herm. in Censura p. 180. Opusc. t. 3. in exemplo Eur. Or. 1218, quod repugnare videretur, non felicius Elmsleio rem gessit; quippe hic φύλασσε δ' ἤν τις idem quod φύλασσε μή τις significare decrevit, qua ratione negantia affirmare et negare affirmantia omnia demonstrare facillimum esset; ille autem negandi vim in verbo φθῇ inesse dicit, quod quomodo ad praecedens πρὶν τελευτηθῇ valeat, nemo intellexerit. Repugnant illi praecepto Strato nr. 235. A. Pal. t. 3. p. 523. et exempla a Jacobsio congesta ad Achill. Tat. p. 568.

c. cum *optativo* non aliter nisi in *obliqua oratione* legitur, et vel ita, ut dicta sensave alicuius ipsa memorentur aut ex mente alicuius pendeat optativus ille explendae sententiae principali adhibita secundaria constitutus. Ex illo genere haec sunt. οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ θεῶν του μελέτῃ, τοῦ μὴ πρότερον τόνδ' ἐπὶ Τροίᾳ τεῖναι τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη, πρὶν ὅδ' ἐξήκοι χρόνος Ph. 199 an. Schaefero placebat ἐξήκῃ, quo non opus, cum μελέτῃ θεοῦ contineat θεοῦ μελετήσαντος i. e. ἐπεὶ θεὸς ἐμελέτησε. Et addito ἄν olim edebatur λόγος μέν ἐστ' ἀρχαῖος ... ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν θάνοι τις Tr. 2. Sic apogr. pleraque, sed θάνῃ LA et PA v. supra. μὴ 'ξω παρήκειν πρὶν παρὼν αὐτὸς τύχοι Ai. 742. ex paucis apogr. recepit Dind.: τύχῃ LA. — Alteram rationem dicendi monstrant haec. μὴ σταίη πολύκωπον ὄχημα ναὸς αὐτῷ, πρὶν τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε Tr. 658 ch. ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρὶν φράσαιμί σοι, τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι Ph. 551. ὅλοιο μήπω, πρὶν μάθοιμ' εἰ ... 961. οὔποτ' ἔγωγ' ἄν, πρὶν ἴδοιμ' ὀρθὸν ἔπος, μεμφομένων ἂν καταφαίην OR 505 ch.

d. cum *infinitivo* prius allatorum dicendi generum omnium significationes in se recipit. πρὶν οὖν τίν' ... ἐξοδοιπορεῖν στέγης, ξυνάπτετον λόγοισιν El. 20. πρίν γε φωνεῖν ... ἐσώζετ' ἂν τὴν εὐλάβειαν 992. πρὶν πανωλέθρους τὸ πᾶν ἡμᾶς τ' ὀλέσθαι κἀξερημῶσαι γένος, κατάσχες ὀργήν 1009. ὡς ὤφελον πάροιθεν ἐκλιπεῖν βίον, πρὶν εἰς ξένην σε γαῖαν ἐκπέμψαι 1132. ἦ 'τολμήσατε ... δοῦναι τὰ τεύχη τἀμά, πρὶν μαθεῖν ἐμοῦ Ph. 370. ἦν Λάϊός ποθ' ἡγεμών, πρὶν σὲ τήνδ' ἀπευθύνειν πόλιν OR 104. πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν, ἔξελθε OC 36. παῦσαι, πρὶν ὀργῆς κἀμὲ μεστῶσαι λέγων Ant. 280. κάτειμι, πρίν μοι μοῖραν ἐξήκειν βίου 896. ἡ γυνὴ πάλιν φρούδη, πρὶν εἰπεῖν ἐσθλὸν ἢ κακὸν λόγον 1245. ᾄσσεις, πρὶν ἡμᾶς κἀννεώσασθαι λόγους Tr. 396. μὴ πρῴ λέγοις ἂν ... πρὶν εἰδέναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα 632. πρὶν σφ' ἐξ ἐμῆς θανεῖν χερός 1133. sc. τέθνηκε. ὡς πρὶν ἐμπεσεῖν σπαραγμὸν ... ἐς πυράν με θῇς 1253. πρὶν τήνδ' ἀνακινῆσαι νόσον, ἀνάπαυε βοὴν 1259 an. πρὶν ἰδεῖν δ', οὐδεὶς μάντις τῶν μελλόντων Ai. 1419 an. πρίν τιν' αὐλιτῶν ὁρᾶν, θαλλὸν προσφέρων Past. fr. 445, 1. (II p. 634, 4.)

3. πρίν cum *aliis particulis* coniunctum. πρίν *adverbium* eatenus exiguum usum habet. πρίν ποτε sic vidimus dici Scyth. fr. 491. πρὶν δή ποτε Ai. 612 ch. — πρίν coniunctio cum γε consociatur huic praeposita OC 48. Tr. 415. El. 992. 1009. quae iam apposuimus. πρὶν ... καί *etiam (gar)* Ant. 280. Tr. 396. πρὶν νῦν OC 36. πρὶν οὖν El. 20. πρίν ποτε Ant. 120. ἔβα, πρίν ποθ' ἁμετέρων αἱμάτων ... πλησθῆναι. αἰεὶ κατθανεῖν ἐπευχόμην, *πρὶν τῆσδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε Tr. 17. [secl. Bergk.] — *Postponitur* πρίν praemisso καί *adhuc*. καὶ πρὶν εἰς Ἅιδου μολεῖν Tr. 4. et πάροιθεν, quibus consociatis magis firmatur particulae vis: ὤφελον πάροιθεν ἐκλιπεῖν βίον, πρὶν ἐς ξένην σε γαῖαν ἐκπέμψαι El. 1132. Mireris igitur non componi Homerico exemplo duo πρίν, adverbium alterum, alteram coniunctionem. Non magis Atticum est πρὶν ἤ, v. Herm. in cens. Med. Elmsl. v. 1024, quod Sophocli nolenti obtrusit Tricl. Tr. 657.

Πρίω *constringo dentibus*, *mordeo*. ὀδόντι πρῖε τὸ στόμα inc. fr. 777. Tralate *firmiter constringo* universe, *alligo*. ζωστῆρι πρισθεὶς ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων Ai. 1030 schol. ἐξαφθείς, δεσμευθείς, δεθείς, cuius explicationis veritatem demonstravit Lob.

Πρίων *serra*. πρίονος ἐκβρώματ' ἐν τομῇ ξύλου Tr. 699. οὐδὲ πρίονος πληγαί inc. fr. 787.

Πρό praepositio usus minime late patentis et proxime ad adverbii naturam propendens. ‖ *ante*, de locis. πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη Ant. 526 an. μὴ οὐ ... πρὸ θυρῶν ἠχὼ πᾶσι προφωνεῖν El. 109 an. — πρὸ Θηβῶν Synd. fr. 153, 5. Hinc de rebus *extrinsecus accedentibus* dicitur. χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν ἄσπετόν τι θαῦμα Tr. 961 ch. πλησίον που τῆς οἰκίας χωρεῖν schol. Apportabatur enim aegrotans Hercules. Sed vitiose scribitur in libris vel optimis πρὸ Σάρδεων Ant. 1037 v. πρός. — Hinc adverbiascens locutio repetitur τὰ μὲν πρὸ χειρῶν τάδε φέρων, τὰ δ' ἐν δόμοις ... κακά Ant. 1279. [προχειρῶν τὰ δὲ LA]. *manibus palam ferens;* ferebat enim Haemonis corpus. ὁρῶ πρὸ χειρῶν Πολυΐδου Polyid. fr. 462 a, 1. — ‖ *ante*, de tempore. εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη OC 1141. si quis de *praeferendo* explicuerit, non repugno. πρὸ τοῦ θανεῖν Ant. 883. τίνες ἀμφίγυοι κατέβαν πρὸ γάμων Tr. 504 ch. οὐ γὰρ πρὸ μοίρας ἡ τύχη βιάζεται Phaedr. fr. 603, 2. Huic similis locutio adverbiascens est πρὸ τοῦ δέοντος Ph. 891. — ‖ tertia significatio *moralis* est bipartita, altera *alicui aliquid dignitate praestare* aut *praeferendum esse*, altera *in vices succedere* indicans. Illud *prae* et *praeter* dicas, ἐπεὶ πρέπων ἔφυς πρὸ τῶνδε φωνεῖν OR 10. non est ἀντὶ τῶνδε nec ὑπὲρ τῶνδε, sed μᾶλλον s. μάλιστα τῶνδε, *prae ceteris dignus* propter auctoritatem et aetatem. — Alterum Latine *pro* dicitur. ἀξίως πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν OR 134. LA ut plerique libri πρός, sed eraso ς. Equidem πρός praeferendum censuerim *in gratiam mortui* significans. ἐρῶ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε OC 811. Et hoc et OR 10. de tempore intelligit Reisig. enarr. p. 115. ὡς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων

ἀλκὴν ὅδε δορός τ' ἐπακτοῦ γειτόνων ἀεὶ τιθῇ 1525 i. q. ἀντί. Paulo aliter dictum πρὸ τῶνδέ τοί μ' ἔχει μήποτε μήποθ' ἡμῖν ἀψεγὲς πελᾶν τέρας τοῖς δρῶσι καὶ συνδρῶσιν El. 495 ch. i. q. θάρσος μ' ἔχει ὑπὲρ τούτων *de illis confido*, ut schol. explicat.

Προάστιον *suburbium*. ἐκ προαστίου χωρεῖ El. 1431. Codd. plerique προαστείου, quod placere eis debet, qui de ει ante vocalem correpto somniant. Verum LA servavit et diserte uno ι scribi ap. Soph. in Electra testis Suidas est v. προάστειον, προάστιος.

Προάστιος *suburbanus*. Ap. Steph. Byz. v. ἄστυ: ... προάστιος. οὕτω γὰρ καὶ τὸ θηλυκὸν εὑρίσκεται, προαστία γῆ, ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους (fr. 647): Ὅρια κελεύθου τῆσδε γῆς προαστίας.

Προβαίνω *procedo*, *accedo*. Illa significatione tralate legitur dictum. προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους Ant. 853 et de tempore ὁ μὲν χρόνος δὴ διὰ χρόνου προὔβαινέ μοι Ph. 285. Altera proprie. προβᾶθ' ὧδε . . . προβᾶθ' ὧδέ μοι OC 841 — 843 ch. Hanc scripturam nunc omnibus placere video; olim πρόβατε Hermanno placuit Eur. Herc. f. 1041, et codd. fluctuant: v. Iacobs. ad Phil. Imagg. p. 527. Et ratio sane propenacui iubet, cum nemo προστῆτε scribat, sed πρόστητε et similia. ποίᾳ ξύμμετρος προὔβην τύχῃ Ant. 387. *huc accessi*, s. *prodii*. Legitur in codd. προὔβη δίκῃ, sed LA τύχηι, et ἐξέβην supra scripto προὔβην. (II p. 636.)

Προβάλλω ‖ *proiicio*, *coniicio*. Illa significatione *medium* legitur. ἐν ᾗ (ἀκτῇ) με προὐβάλου ἄφιλον, ἐρῆμον Ph. 1017. προύβαλον Flor. Γ. Altera *activum*, sed tralate. ἔοικ' ἐμαυτὸν εἰς ἀρὰς δεινὰς προβάλλων ἀρτίως οὐκ εἰδέναι OR 745. Sed similis certe activi significatio est et propria quidem τότ' ἄλλος, ἄλλοθ' ἅτερος κάρα προβάλλων ἱππικῶν ὀχημάτων El. 740. — ‖ *Abiicere* s. *proiicere conculcandum* significat. ἐπεί μοι τὴν θέμιν σὺ προὔβαλες Tr. 810. LA προὔλαβες. Scholiasta explicat ἀπέρριψας καὶ παρεῖδες.

*Πρόβατον iniuria olim Sophocli vindicatum Pel. fr. 435. Nam Aristophanes Av. 852. sua Sophocleis immiscuit.

Προβιβάζω *promoveo*. προβίβαζε, κούρα, πρόσω OC 180 ch. aliquanto longius ut abducat Antigona Oedipum chorus suadet. Plerique codd. cum LA parum apte προσβίβαζε.

Πρόβλημα ‖ *omne quod proiicitur*. ἄκρα s. promontorium dicitur ὑλᾶεν ἔπεστι πόντου πρόβλημα Ai. 1217 ch. ἐξοχὴ τῆς θαλάττης schol. non recte, est enim *quod in mare prominet*, non *quod e mari eminet*. ‖ Hinc proxime tralatum μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ' αἰδοῦς ἔχων Ai. 1076. ἤγουν μὴ προτείνων φόβον μηδὲ αἰδῶ, et πρόβλημα, φυλακὴν scholiastae, neuter satis recte, puto. Dicitur enim is qui nec pudore nec metu cohibeatur, πρόβλημα ut κωλύμην potius interpreter, ut φόβου μοχλόν *obicem metus* Soph. passive dixit τὸ κωλῦον φοβεῖσθαι, hic tamen active φόβος ὁ κωλύων ὑβρίζειν. Alia tralatione inde facta, quod πρόβλημα et *munimentum* et *arma corpus tutantia* (πρόβλημα καὶ ἀσφάλεια Suid.) significat, dictum λαβὼν πρόβλημα σαυτοῦ παῖδα τόνδ' ἀγνῶτ' ἐμοί Ph. 1008. Neoptolemum dicit, cuius ope tutus consilio exsequeretur. De hac vocabuli vi et verbo προβάλλεσθαι consuli possunt Dorvill. ad Char. p. 568. Valck. ad Eur. Phoen. 786. ad fr. Callim. p. 291. Ilgen. ad scol. p. 106. Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 440. Herm. ad Ar. Nub. 973.

Προβλής *quidquid proiectum est*. Inde prominens in mare ἄκρα dicitur. ὦ λιμένες, ὦ προβλῆτες Ph. 936, velut πρόβλημα et ἐκβολή (Iacobs. ad Achill. Tat. p. 398.) προβολή (Bernhardy ad Dion. Perieg. p. 601.) ἔκβολον (Seidl. ad Eur. IT 1012), cum synesi vocabuli πέτρος vel σκοπελός dictum, quod addere Homero mos est, v. Il. β. 396. π. 407. cf. Valck. de glossis Homericis Hesychianis p. 227. Opusc. t. 2. Lips. et Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 358. — Sed admodum lubrica res est Ph. 1455 an. ubi libri omnes καὶ κτύπος ἄρσην πόντου προβλής, οὗ πολλάκι δὴ τοὐμὸν ἐτέγχθη κρᾶτα. Hoc cum non intelligeretur, Musgr. et Schaef. προβλῆς θ', scopulos litoris dici rati, ut v. 936. Sed τε egregie languet. Herm. προβολῆς et facili et ingeniosa emendatione, cum προβολή et προβλής haud raro confundantur, v. Oppian. Cyneg. 2, 602. Bast. Comm. palaeogr. p. 729. προχοαί autem significabuntur ita: v. Iacobs. ad A. Pal. t. 8. p. 98. Nescio tamen an vera sit librorum scriptura, κτύπος πόντου προβλής ut sit κτύπος προβλήτων πόντου, *sonitus maris saxis litoralibus illisi*; de quo loquendi genere aliqua attulimus, etsi non plane similia, in v. μεσόμφαλος. — De tono v. ἀγνώς et ἀδμής et schol. Il. ζ. 235. π. 44. EM p. 358, 2. (II p. 637, 12.)

Πρόβλητος *proiectus*, μή ... ῥιφθῶ κυσὶν πρόβλητος οἰωνοῖς θ' ἕλωρ Ai. 830. De abundantia sermonis explicuit Lob.

Προβοάω *proclamo*, προβοᾷ τι γὰρ δεινόν Ph. 218 ch.

Προβολή *munimentum*, hinc praesidium. πρὶν μὲν ... δείματος ἦν μοι προβολὰ καὶ βελέων θούριος Αἴας Ai. 1212. v. in πρόβλημα notata. [κτύπος ἄρσην πόντου προβολῆς 1455 an. *fragor vehemens illisorum fluctuum*. ex Hermanni emendatione scribitur pro προβλής q. v.]

Προγενής *avitus*, i. e. *antiquissimus*. θεοὶ προγενεῖς Ant. 938 m. apogr. pleraque πατρογενεῖς. Vocem firmavit et qui sint προγενεῖς θεοί explicuit Herm.

Πρόγονος. Proprie *maiores* dicuntur plurative. ὦ Ζεῦ, προγόνων προπάτωρ Ai. 387 m. Tralate πόνοι πρόγονοι πόνων Ai. 1197 ch. *labores laborum praecursores et auctores*. Hoc cum audacius videatur dici, nec accurate aequentur metra, Dind. ingeniose coniecit ἰὼ πόνοι πρόπονοι, et oppositum versum correxit ἀν' εὐρώδη Τροΐαν.

Προγυμνάζω *exercitando praeparare*. προγυμνάσαι χέρα Past. fr. 450.

Προδείδω *praemetuo*. οὔτε γὰρ θρασύς, οὔτ' οὖν προδείσας εἰμὶ τῷ γε νῦν λόγῳ OR 90.

Προδείκνυμι *praemonstro*. Sibi, non aliis praemonstrandi, i. e. *praetentandi viam* propriam habet significandi vim σκήπτρῳ προδεικνὺς γαῖαν ἐμπορεύσεται OR 456. Explicuerunt Brunck. et Erf. Tralate dicitur ὅταν προδείξῃς οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν OR 624. Praepositio *ante monstrandi* vim verbo imponit. v. Herm. (II p. 638.)

Πρόδηλος *manifestus*. λεύσσω γὰρ Αἴγισθον ἐκ προδήλου El. 1428 ch. i. q. προδήλως.

Προδήλως *manifesto*, *palam*. καλόν μοι τοὐδ' ὑπερπονουμένῳ θανεῖν προδήλως μᾶλλον ἢ τῆς σῆς ὑπὲρ γυναικός Ai. 1311. θάνατον πρόδηλον ex aliis fontibus firmavit Lob. Suid. v. προδήλως, explicat ἀνδρείως.

Προδιδάσκω *edoceo*. Praepositio enim non alii

rei constituta est, nisi ut monita tempore priora esse, quam quod inde redundet factorum indicet. [cf. de usu Brunck. ad Aristoph. Nub. 987. eique adversantem Weiskium in praemonitis de pleonasmo Gr. p. 182. Bonitz, Beiträge (1856) p. 28. et v. i. προμανθάνω.] ἡ κακὴ σὴ ... ψυχή νιν ἀφυᾶ τ' ὄντα κοὐ θέλονθ' ὅμως εὖ προυδίδαξεν ἐν κακοῖς εἶναι σοφόν Ph. 1015. οὐ δυνατὸν τοὺς ἀνοήτους τούτων γνώμας προδιδάσκειν Ai. 163 an. — *Medium:* ὧν ὁ θήρ με Κένταυρος προυδιδάξατο, παρῆκα θεσμῶν οὐδέν Tr. 681. Sensu hoc ab activo non differt, ut aveam scire, quomodo Apitz. (ad v. 462. p. 201. 202.) pronomen desiderari in hoc et similibus exemplis sibi persuaserit. Certe ἑαυτόν subaudiendo ineptiveris magnopere, ἐμέ intelligendo non expeditur medii usus.

Προδίδωμι *prodo.* Quanquam haec primaria significatio non convenit optime nisi uni exemplo *passivi,* ἀπόλωλα τλήμων, προδέδομαι Ph. 923. Plurimis *deserendi* inprimis *officii*, quod quis suscepit. μή με ταρβήσας προδῷς Ph. 757. ἀνὴρ ... προδούς μ' ἔοικε κἀκλιπὼν τὸν πλοῦν στελεῖν 911. *Violati officii* in προδούς vis inest, unde deseri hominem sequitur. ἐννοεῖς ἡμᾶς προδοῦναι OR 331. οὔ σε μὴ πρόδῶ OC 649. ἢ προδώσετε; 822. μή ποτε προδώσειν τάσδ' ἑκὼν 1634. *οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι Ant. 46. [notavit Didymus.] μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ Ai. 588. τὸν δειλίᾳ προδόντα καὶ κακανδρίᾳ σε 1014. πατέρα καὶ φίλους προδοῦσα σούς El. 368. Similiter cum metonymia de animi sensibus dictum ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς χάρις διαρρεῖ καὶ προδοῦσ' ἁλίσκεται Ai. 1267. — Adsignificatur *in discrimen dandi* s. *perdendi* notio. ἐπ' ἀργύρῳ γε τὴν ψυχὴν προδούς Ant. 322. Simile est τὰς γὰρ ἡδονὰς ὅταν προδῶσιν ἄνδρες 1166. Libri ἀνδρός cum distinctione apposita.

Προδότης *proditor* i. e. fidei datae desertor et violator. ὀκνῶ προδότης καλεῖσθαι Ph. 94. De tono v. EM p. 435, 49.

Πρόδοτος *proditus, desertus et ope destitutus.* Illa significatione dicitur Ἀγαμέμνονα κακᾷ τε χειρὶ πρόδοτον El. 126 ch. foeda morte una comprehensa. Altera θανάτους αἰκεῖς διδύμαιν χειροῖν, αἳ τὸν ἐμὸν εἷλον βίον πρόδοτον 207 m. πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει Ἠλέκτρα 1074 ch. (II p. 639.)

Πρόδρομος *praecurrens alios, festinans.* φῶτα ... φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ Ant. 108 ch.

**Προειπεῖν. προερεῖν enim cum non compareat, illuc quaerentes, ut fecimus in εἰπεῖν, amandare non potuimus: nec προεῖπαι ponere conveniebat, quod is infinitivus usu non teritur. τῷ κηρύγματι ᾧπερ προεῖπας ἐμμένειν OR 351. Libri προσεῖπας: illud Brunck. reperit de προς et προ compositorum saepe confusis monens. Adde Herm. ad Eur. IT 363.

Προεννέπω v. προυννέπω.

Προεξεφίεμαι v. προυξεφίεμαι.

Προέχω v. προύχω.

Προηγητής *dux.* τοῖς τυφλοῖσι γὰρ αὕτη κέλευθος ἐκ προηγητοῦ πέλει Ant. 990. ῥώμης γε μέντοι καὶ προηγητοῦ τινὸς δεῖται OR 1292. Oedipus caecus.

Προθυμέομαι *cupio.* ἐν οἷς χαίρειν προθυμεῖ Tr. 1119.

Προθυμία *animi proclivitas.* δέδοικ' ἀκούων τήνδε τὴν προθυμίαν Ai. 583. σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προθυμίας OR 48. *promptum* ad praesidium ferendum *animum* dicit, quo eodem ut nunc esse velit, chorus orat. Longe exquisitius hoc, quam quod Elmsleio ex Flor. Γ recipi placebat, προμηθίας. — πεφασμένου δὲ τίς ποθ' ἡ προθυμία; 838. Sensum bene explicat glossa τί διανοῇ δρᾶσαι; Ad *consilium cupide capiendum* refertur. ὥστε μήποτ' ἂν προθυμίαν ἄδηλον ἔργου τῷ παραινέσαι λαβεῖν Tr. 669. — De El. 990. v. προμήθεια.

Πρόθυμος *cupidus.* ὧν πρόθυμος ἦσθ' ἀεί El. 3. *Bene cupiendi* alicui significatio inest Ai. 37: πάλαι φύλαξ ἔβην τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυνηγίᾳ.

[*Πρόθυρα, τά., *vestibulum, limen primum,* de Wolfii coni. τῶνδε πατρῴων προθύρων El. 109 m. pro πρὸ θυρῶν.]

Προΐημι. Medium *a se dimittere*, inde *efficere* s. *cogere*, *ut aliquid facias* significat. τοὺς ἐρῶντας αὐτὸς ἵμερος δρᾶν καὶ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προΐεται Ach. Am. fr. 162, 9. Facit huc Hesychii glossa προΐενται, προάγονται. [Dind. de Meineki coni. προσιέται.]

[*] Προῖκα *gratis* i. e. *sponte*, nec docente nec volente quoquam. κακὸν μὲν δρᾶν τι προῖκ' ἐπίσταται inc. fr. 779, 6, quod uberius exsequuntur versus sequentes αὐτὸς παρ' αὑτοῦ μανθάνων et τὰ χρηστὰ δ', οὐδ' ἣν τὸν διδάσκαλον λάβῃ, ἐμνημόνευσεν. [Poetae inferiori tribuit Nauck.]

Προΐστημι. Solus *activi* aoristus alter intransitive significans *adstare*, *prostare* in usu. Sic simpliciter dicitur προστῆναι μέσην τράπεζαν ἀμφὶ σῖτα καὶ καρχήσια Tyr. fr. 580, 1, quod quia προσεληλυθέναι πρὸς τὴν τράπεζαν explicat Athen. 11. p. 475, a., non protinus a προσίστημι repetendum est. [Bergk. secutus librorum vestigia ap. Macrob. Sat. 5, 21. προσπτῆναι emendavit.] — *Adstare adversarium, instare hostem* significat. ἢ σοὶ γὰρ Αἴας πολέμιος προύστη ποτέ; Ai. 1133. Contra *adsistere defensorem:* οἳ 'γώ, φίλοι, πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης Ai. 803. Dicitur enim, si accuratius introspicias, sese medium interponere inter ingruens discrimen et eum, quem defendere velis. ἐπίκουροι γίνεσθε schol. vet.; βοηθοί, προστάται γένεσθε schol. rec. Huic affine est, quod *assistere precantem et donantem* significat. ἥ σε πολλὰ δὴ ... λιπαρεῖ προύστην χερί El. 1378. cogitatur enim libans et rem sacram faciens ad aram adstare. — Quod in El. 980. legitur ὣ τοῖσιν ἐχθροῖς ... προυστήτην φόνου, etsi certum est *caedem administrarunt* significare (v. Musgr. ad Eur. Androm. 221.) tamen non videtur cum Ai. 1133. posse contendi, ut fecit Herm. — *Passivum* unum exemplum habet. τὰ σὰ βέλεα θέλοιμ' ἂν ἀδάματ' ἐνδατεῖσθαι ἀρωγὰ προσταθέντα OR 206 ch. i. e. προστάντα, sive, ut explicat Erf., προστατήρια, quod in Aug. b. scriptum, cum interpretis manus in tenorem verborum poetae invaserit. [Dind. scripsit προσταχθέντα.]

[*] Προχαλέω. Medium est *provocare, invitare.* προύχαλεῖτο με βαυβᾶν μετ' αὐτῆς olim inc. fr. 903. [reiecit Dind. tribuitque Euripidi fr. 695.]

Προκάμνω *laboro pro aliquo.* οὗ σὺ πολλάκις τὴν σὴν προτείνων προύκαμες ψυχὴν δορί Ai. 1270.

Πρόκειμαι. ‖ Proprie *proiectus iaceo.* ἡμεῖς μὲν ἂν ... προυκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ Ai. 1059. κτίσον δὲ τῷ προκειμένῳ τάφον Ant. 1101. ἐκ δὲ γῆς, ὅθεν προύκειτ' ἀναζέουσι θρομβώδεις ἀφροὶ Tr.

702. Item de locis *inesse*. λύει τὸν αὐτῆς πέπλον, ᾗ χρυσήλατος προὔκειτο μαστῶν περονίς Tr. 923. ᾧ προὔκειτο *in quo inerat*. Wakef ᾗ [recep. Dind.] Schaeferus οὗ coniecit. — ‖ Proxime a prima propria significatione tralatum est τὰ νῦν δ' ἄτιμος ὧδε πρόκειμαι Ai. 427 m. *ignominia affectus destituor*. Alia tralatio est *rei palam factae*. De portentis: θεοὶ ... ψεύδοντες οὐδὲν σημάτων [σῆμα τῶν Dind.] προκειμένων OC 1512. Inprimis usitatum de *lege et edictis propositis et poena sancitis*. νόμοι πρόκεινται OR 865 ch. φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει Ant. 36. νόμους ὑπερβαίνουσα τοὺς προκειμένους 481. De *re praesente et qualem praesens necessitas iubet* dictum τῶν προκειμένων τι χρὴ πράσσειν Ant. 1334. Erectus accentus τί sensu destituit.

Προχήδομαι *curam gero*. σοῦ γὰρ οὖν προχήδομαι Ant. 741. ὡς φίλου προκηδομένα [προκηδομέναν LA] Tr. 966 ch.

Προχηραίνω *sollicitus sum*. κείνου προκηραίνουσα Tr. 29. Comparat scholiasta Eur. Hippol. 223. quanquam vitiose scripto κηραίνετε pro κηραίνεις, explicans ἀγωνιᾶν, μεριμνᾶν κατὰ τὸ κέαρ, ὅ ἐστιν ἐν ἤθει, βουλεύεσθαι.

Προχηρύσσω *publice pronuntio*, proprie de praecone dictum ᾖσθετ' ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων δρόμον προκηρύξαντος El. 684. δρόμου [quod est in LA, haud dubie illud librarii oculo ad v. 686 aberrante illatum.] durissima structura, ut ex sequentibus assumatur κρίσιν, Herm. praetulit. ταῦτα τοῖσι μὴ εἰδόσιν σαφῆ προκηρύξοντα Ant. 34. κεἰ μὴ σὺ προυκήρυξας 461. (II p. 641, 4.)

Προκλαίω *palam lamentor*. ἀγχοῦ δ' ἄρα κοὐ μακρὰν προὔκλαιον Tr. 963 ch. Sic vett. libri: Tricl. ἔκλαιον, cum illis etiam scholiasta facit, quanquam male explicans. Ceterum Atticismum canticis non obtrudo.

Προκλύνω *inclino pronus*. γεραιὸν ἐς χέρα σῶμα σὸν προκλίνας φιλίαν ἐμάν OC 201 m. Tricl. πρόσκλινον, v. Herm. (ῡ ut in arsi.)

[Πρόκρις n. pr. Soph. fabula sic inscribebatur. fr. 478 Dind.]

Πρόκνη n. pr. ἀλγεινά, Πρόκνη, δῆλον Ter. fr. 521, 1. Prior, ut in arsi, producitur.

Προλαμβάνω *antefero*. εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη OC 1141. Dure subauditur ἔπους.

Προλέγω *praedico*. οὔκουν ἐγώ σοι ταῦτα προὔλεγον πάλαι; OR 973.

Προλείπω *relinquo*. De *locis*: οὐρανίας ἕδρας προλιπών Ph. 1414 an. De *statu*: πατέρα τὸν σὸν ἐν λυγρῷ γήρᾳ προλείπων Ai. 507. Hinc tralatum οὐδ' ἐθέλω προλιπεῖν τόδε μὴ οὐ τὸν ἐμὸν στοναχεῖν πατέρ' ἄθλιον El. 132 m. *non desistam*.

Προλεύσσω *praevideo* (quasi *procul*). οἷα χρὴ παθεῖν με πρὸς τούτων ἔτι δοκῶ προλεύσσειν Phil. 1360. Flor. Γ. πρὸς λεύσειν.

Προμανθάνω *disco*. ἀνάγκη προὔμαθον στέργειν κακά Ph. 538. Praepositionis vis in ea sola re cernitur, quod *in discendo quis morari et progredi* cogitatur, ut perdiscat accuratius. [cf. Weisk. de pleonasmo Gr. pr. p. 182. Bonitz, Beiträge (1856.) p. 27.]

Πρόμαντις *vates*, *futura portendens*. εἰσιν ἁ πρόμαντις Δίκα El. 475 ch. ἡ προμαντευομένη τὰ μέλλοντα, ἢ τοῖς συνετοῖς προγιγνωσκομένη schol.; alius ἡ τὴν μαντείαν προπέμψασα διὰ τῶν ὀνείρων, quarum trium media interpretatio falsa est.

Πρόμαχος *propugnans*. ἰὼ κελαινὰ λόγχα προμάχου δορός Tr. 856 ch. τοῦ προμάχου δορός Tricl. Non est προβεβλημένου, ut uni scholiastarum visum, sed *hastae*, *quam primores gestant*. Id voluisse videtur alius, qui scripsit τὸ προμάχου ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους ληπτέον, οἷον τοῦ πρὸ πάντων μαχομένου.

Προμήθεια et προμηθία *provida cura*. De eiusmodi formis non satis distinctis vocabulorum generibus et origine observarunt Dorvill. ad Char. p. 446. Valck. Diatr. p. 71. Herm. ad Electr. 1025; ipse ita sentio. Certissimum est longe pleraque nomina ab adiectivis in ης exeuntibus ducta inclinamento productiore uti (εια) et ultimam syllabam corripere. Ut prosarios taceam, apud quos ingens sane scripturae discrepantia est, ἀσέβεια, εὐσέβεια, εὐέπεια, εὐλάβεια, εὐμάρεια, δυσχέρεια, δυσγένεια, αἰσχροκέρδεια centena alia cum constanti codicum scriptura, tum mensura penultimae productae apud poetas extra dubitationem certissima sunt. De quibusdam contrarium praecipitur, ut de ἀμαθία Theod. p. 67, nec usquam aliter nisi penultima correpta comparet; item nec a πλῆθος composita aliter inclinantur, in quo genere παμπληθία et πολυπληθία Sophocli dicta reperiuntur, nec quae a μαίνομαι et ἔτος producta sunt, velut γυναικομανία et τριετία, ut ipsum μανία praeteream, cui adiectivum in ης nullum subditum est. Praeter ἀμαθία cetera a μαθεῖν, δεῖν, χαίρειν s. χαρά, ἰδεῖν s. εἶδος ducta, velut ὀψιμάθεια, ἔνδεια, περιχάρεια, ὁμοείδεια dubiam habent et a grammaticis hic illic pro dubia agnitam finitionem. Quin quae communiter feruntur usu omnibus composita a τύχη in ια exire solita, poetarum lubidini ita subiecta fuerunt, ut Soph. εὐτύχειαν dicere ausus sit. In tanta licentia mirum non est, illa primo loco posita communiter in εια finiri solita, ἀσέβεια, εὐσέβεια et his similia alia apud prosarios secundum maiorem codicum consensum iudicanda esse videri, non ut singulis locis pro codicum ratione diversa in ordinem recipiantur, quod Schneider. fecit Plat. civ. p. 441, e. 618, d., sed ut, quod plurimis locis optimos sponsores habet, verum putetur. Sic δυσχερίαν indictum omnibus existimo, nec curandum, si quando in uno alterove libro emergat. Apud poetas aut versus pangendi lex discrimen facit, aut, si non refert quidquam, libri potiores sequendi sunt. Sed προμήθεια vereor ut ap. Soph. [pariter atque apud ceteros tragg.] certa fide constet. Nam tribus, ubi vulgo legitur locis, inter quartam et quintam iambici versus sedem distribuitur sono vastiore, et optimos codices adversos habet. Extat in apogr. nonnullis προμηθείας δέ σου El. 1036. σῇ προμηθείᾳ 1350. ἡ χάρις ... τῆς προμηθείας Ph. 557, [LA nusquam adstipulante nisi quod El. 1350 m. ant. ει super ι positum habet.] Alterius formae haec sunt exempla, iam cum illis concinentia, unum inter primum et secundum, cetera inter quintum et sextum senarii pedem distributum vocabulum monstrantia. σῇ προμηθίᾳ OC 332, quod passive dictum *propter tui curam*. τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐνδίκου προμηθίας 1043. ἐστὶν ἡ προμηθία καὶ τῷ λέγοντι καὶ κλύοντι σύμμαχος El. 990. προμηθία γὰρ κέρδος ἀνθρώποις μέγα inc. fr. 688, 3. In OC 1043. duo apogr. προμηθείας ἀμέτρως. In El. 990. Aug. b. Flor. Γ. προθυμία, quod non esse a librario peccatum ostendit scholion illius codicis, his verbis finitum: οἱ δὲ γράφοντες προμηθία ληροῦσιν.

Προμηθεύς n. pr. Titan. Τιτὰν Προμηθεύς OC 56. οὐκ ἄρ' ἦστε τὸν Προμηθέα Colch. fr. 317. [Prometheum unguentum intellegit Welck.]

Προμηθής *providus, curans.* οὔτε τι τοῦ θανεῖν προμηθὴς El. 1078 ch. Eust. p. 645, 16 et cod. PA τοῦ μὴ θανεῖν. [et sic explicat schol. πρόνοιαν οὐκ ἔχουσα τοῦ μὴ ἀποθανεῖν.] (II p. 643, 6.)

Προμηνύω *ante indico, prodo.* προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενὶ τοὔργον Ant. 84. προμηνύσεις Tricl.

Προμνάομαι *praesagio.* προμνᾶταί [προμᾶται Nck.] τί μοι γνώμα OC 1075 ch. Proprium est de conciliando matrimonio; v. etiam Wyttenb. ad Plut. de recta aud. rat. p. 38 b.

Πρόμος *princeps.* ἰὼ γᾶς πρόμοι OC 884 m. τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον Ἅλιον OR 660 ch. πρόμον θεόν suadebat Reisig. coni. in Arist. p. 77. v. Herm. l. c.

Προνέμω. Medium exstat *progrediendi* vi dictum. ἴδεθ' ὅποι προνέμεται τὸ δυσέριστον αἷμα φυσῶν Ἄρης El. 1384. προβιβάζει et προάγει schol., hic ἅρμα pro αἷμα praeferens, quod est in cod. Ien. *properare ad ultionem* dicitur.

Πρόνοια. ‖ *providentia, provida cura.* προνοίας οὕνεκα Ph. 774. πρόνοια δ' ἐστὶν οὐδενὸς σαφής OR 978. Est rerum futurarum scientia, unde sibi quis caveat. μή μοι πρόνοι' ᾖ τοῦ θεοῦ φυλακτέα OC 1180. *cavendum de deo,* ne irascatur. δαίμονας λέγων πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι Ant. 283. ἐπῄνεσ' ἔργον καὶ πρόνοιαν, ἣν ἔθου Ai. 536. προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ κέρδος λαβεῖν ἄμεινον El. 1015. — ‖ *vis numinis futura praesciens.* τοὔπος τὸ θεοπρόπον ἡμῖν τῆς παλαιφάτου προνοίας Tr. 823 ch.

Πρόνους *providus, prudens.* τούτου τίς ἂν σοι τἀνδρὸς ἢ προνούστερος ἢ δρᾶν ἀμείνων εὑρέθη —; Ai. 119. Ap. Phot. p. 465, 16. eadem Sophoclis testatum προνούστερος corrigendum pro προυνούστερος. Alius codex eiusdem προυνουστέρως et in explicatione προνοητικωτέρως. Sic recte explicat ipse quoque Sophoclem testatus Antiatt. Bekk. p. 111, 25.

Προξενέω proprie *adduco et commendo tanquam hospitem:* tralate *efficio.* ἐλπίς, ἥτις καὶ θράσος τι προξενεῖ Tr. 726. χέρας, αἳ... πατρὸς ὑμὶν ὧδ' ὁρᾶν τὰ πρόσθε λαμπρὰ προυξένησαν ὄμματα OR 1483. εἰργάσαντο, αἴτιοι ἐγένοντο schol. cf. Krueger. ad Xen. Anab. 6, 3, 14. Herm. *exceperunt:* quod non intelligo. — *praebeo* ὡς νῦν πᾶν τελοῦντι προξένει OC 465. Suid. v. προξένει explicat λέγε.

Πρόξενος *hospes.* φίλης γὰρ προξένου κατήνυσαν El. 1451. v. κατανύω. (II p. 644, 2.)

Πρόοπτος v. προὖπτος.

Πρόπας *omnis.* πρόπας στόλος OR 169 ch. *universus populus.* ἵνα πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ OC 1237 ch. τοῦ τε πρόπαντος ἀμετέρου πότμου Ant. 860 m.

Προπάσχω *ante perpetior.* οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔρχεται ὧν προπάθῃ τὸ τίνειν OC 229 ch. [LA προμάθῃι, sed π a diorthota supra posito.] τίσις ὧν προπάθῃ coniungenda. v. Herm. *existit fatalis poena rependere quantum (quatenus) quis ante passus est.* [de genetivo ὧν cf. Bernhardy, Synt. p. 141. Wilke, coniect. p. 14.]

Προπάτωρ *atavus, generis auctor.* ὦ Ζεῦ, προγόνων προπάτωρ Ai. 387 m. Tricl. πάτερ, sane vulgatae consuetudini convenientius.

Προπέμπω. ‖ Proprie *mitto.* Φοῖβος εἴ προύπεμψέ σε OC 665. Adsignificatur tamen tutela. ἐμοὶ ... πολλάκις φήμας λάθρᾳ προὔπεμπες El. 1155. ὃς σ' ὧδέ μοι προὔπεμψεν... σποδόν τε καὶ σκιάν 1158. Item *comitor.* χοἰ προπέμψαντες φίλων OC 1667. — ‖ Tralate *praebeo.* ξίφος ἢ γένυν ἢ βελέων τι προπέμψατε Ph. 1205 m. *immitto.* ἰοὺς ἀφύκτους καὶ προπέμποντας φόνον Ph. 105. *nuntio.* ὦ κακάγγελτά μοι προπέμψας ἄχη Ant. 1287 m.

Προπετής *prociduus.* ζῇ γὰρ προπετὴς Tr. 976 an. Schol. εἰς τὸν θάνατον προνενευκώς· ἢ παρειμένος εἰς τὴν γῆν πεσών· ἢ ἐπὶ πρόσωπον κοιμώμενος ἢ καὶ μόνον κείμενος. Duae postremae interpretationes pariter concinunt ad sententiam. [Dindorfio prima videtur ceteris probabilior.] — *humi abiectus.* τοιόνδε κεῖται προπετές Tr. 701.

Προπηλακίζω *contumelia afficio.* καὶ Κρέοντα καὶ τοὐμὸν στόμα προπηλάκιζε OR 427.

**Προπίπτω *incido,* de aberrante et viae ignaro. ἵνα τῷδ' ἐν ἀφθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει OC 156 ch. Emendatio Hermanni est, propter metrum necessaria. Libri προσπέσῃς. Elmsleio placebat προπεσεῖ, quod cum ἵνα non congruit, προπίπτω fere inusitatum dicebat vir immensa lectione, sed ut erat illa aetas, metrorum ignarus Hemsterhus. ad Xen. Ephes. p. 269. Locell. Hic tamen ex ipso Homero verbum firmavit.

Προπίτνω *supplicor.* αἰτῶ, προπίτνω, λίσσομαι El. 1380. Suid. v. ἐξ οἴων habet προσπιτνῶ, id quod etsi metrum evertit, in codd. LB Flor. Γ. Δ. repertum est. In LA vestigium erasi in media syllaba accentus comparet, qualem iure desiderabat Elmsl. ad Eur. Heracl. 618. v. πίτνω. — In OC 1754 an. cum LA et PA plerique ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίπτομέν σοι, quo metrum perditur; duo apogr. προσπιτνοῦμεν, Herm. προπιτνοῦμεν, quod προπίτνομεν debuit esse. Mihi προσπίτνομεν unice placet, quod est in Par. F. (II p. 645, 4.)

[Πρόποδα μέλεα codd. fr. 228. v. s. πρόσοδα.]

Προπονέω s. προπονέομαι *laboro.* γᾶς προπονουμένας OR 685 ch. Schol. κακουμένης, Tricl. ἐπεὶ δυστυχεῖ.

*Πρόπονος. πόνοι πρόπονοι Ai. 1197 ch. v. s. πρόγονος.

Πρόπυλον *vestibulum.* θεῶν ὅσοιπερ πρόπυλα ναίουσιν τάδε El. 1375.

[*] Πρόρρητος *praedictus, iussus.* καί μοι τόδ' ἦν πρόρρητα καὶ τοιαῦτ' ἔδρων Tr. 684. [secl. Wund.]

Πρόρριζος *radicitus evulsus,* i. e. *plane totus.* Μυρτίλος... δίφρων πρόρριζος ἐκριφθεὶς El. 512 ch. — τὸ πᾶν δὴ δεσπόταισι τοῖς πάλαι πρόρριζον ἔφθαρται γένος 755. V. Bergl. ad Ar. Ran. 595. Wesseling. ad Diod. t. 2. p. 145.

Πρός tanquam *adverbium* non legitur. Nam OC 813. aliter explicandum [aut scribendum.] Tanquam *praepositio* I. cum *genitivo* positum praecipuam provinciam habet, quod *aliqua ex parte proficiscitur orriturve* significandi. —. 1. Sic nude dicitur ἐμπολᾶτε τὸν πρὸς Σάρδεων ἤλεκτρον Ant. 1037., *Sardianum* id quod Sardibus ad Graecos commercio facto perfertur. Sic certe apogr. complura agnoscitque Eust. p. 1483, 27. 368, 30; firmavit autem ex

ipsius sententiae ratione Herm. [At cf. s. v. ἤλεκτρον.] —.— 2. Inprimis cum *verbis* ita dicitur, ut *ex quorum aut consilio vel voluntate res orta sit, aut quam originem habeat* omnino praepositione reddatur ratio, aliquando ut παρά, frequentius ὑπό subrogare liceat, illud maxime in activis, aliquando in intransitivis, hoc maxime in passivis verbis eisque, quae neutrali forma, passiva vi utuntur. ‖ Cum *activis.* φόνον ... τίσω τάλας πρὸς τοῦ δοκοῦντος οὐδὲν εἰδέναι κακόν Ph. 960. πρὸς κακῶν δ' ἀνδρῶν μαθὼν ἔοικας ἥκειν αἰσχρά 971. ἀκούσομαι μὲν ὡς ἔφυν οἴκτου πλέως πρὸς τοῦδε 1075. i. e. *dicar.* velut κακῶς κλύουσα πρὸς σέθεν El. 524. οἷα χρὴ παθεῖν με πρὸς τούτων Ph. 1359. ἦ ταῦτα δῆτ' ἀνεκτὰ πρὸς τούτου κλύειν; OR 429. εἰ ... νομίζει πρός γ' ἐμοῦ [τί μου Dind. c. Hartung.] πεπονθέναι λόγοισιν εἴτ' ἔργοισιν εἰς βλάβην φέρον 516. ἕως δ' ἂν οὖν πρὸς τοῦ παρόντος ἐκμάθῃς 835. μανθάνειν γὰρ ἥκομεν ξένοι πρὸς ἀστῶν OC 13. δεινὰ δ' εὑρουσᾶν πρὸς αὐθαίμων πάθη 1078 ch. ὅπως ... πρὸς σοῦ τι κερδάναιμι Tr. 191. οὐδ' ὄνομα πρός του τῶν ξυνεμπόρων ἔχεις; 318. μηδὲ πρὸς κακοῖς τοῖς οὖσι λύπην πρός γ' ἐμοῦ νέαν λάβοι 331. ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά; Ai. 1235. τὰς ἡδονὰς πρὸς σοῦ λαβοῦσα κοὐκ ἐμὰς ἐκτησάμην El. 1303. — ‖ Cum *passivis.* τῶν ἐμῶν τητώμενος πρὸς τοῦ κακίστου Ὀδυσσέως Ph. 384. γελώμενος πρὸς σοῦ τε καὶ τῶν Ἀτρέως διπλῶν στρατηγῶν 1023. πρὸς ὑμῶν λειφθήσομαι 1070. πρὸς τοῦ διδαχθείς; OR 357. respondetur: πρὸς σοῦ 358. μιᾶς τρέφει πρὸς νυκτός 374. εἰ κακὸς δὲ πρὸς σοῦ καὶ φίλων κεκλήσομαι 522. τοῦ πρὸς δ' ἐφάνθη ...; 525. recentiora apogr. πρὸς τοῦ δ'. antiquiora τοὔπος δ', quare illud praetulit Herm. [τοὔπος dedit ex apogr. Dind.] πρὸς μητρὸς ἢ πατρός; 1037 sc. ὠνομάσθην. ἀπείρων οὐκ ἔσει ... χορεύεσθαι πρὸς ἡμῶν 1093 ch. ἀπηλάθην πρὸς τῶν ἐμαυτοῦ σπερμάτων OC 600. καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέντ' ἰδεῖν Ant. 205. v. αἰκίζω. πρὸς σοῦ τὰ δείν' ἐκεῖν' ἐπηπειλημένοι 408. διδαξόμεσθα δὴ φρονεῖν πρὸς ἀνδρὸς τηλικοῦδε 727. [quo loco nunc ex LA datur ὑπ' ἀνδρ.] πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός; 1176. ὡς αἰτίαν ... ἔχων πρὸς τῆς θανούσης τῆσδ' ἐπεσκήπτου 1313. πρὸς θεῶν εἱμαρμένα Tr. 169. ἐθηλύνθην στόμα πρὸς τῆσδε τῆς γυναικός Ai. 652. ὡς μὴ πρὸς ἐχθρῶν του κατοπτευθεὶς ῥιφθῶ 829. ἔρχομαι δίκῃ καθαρτὴς πρὸς θεῶν ὡρμημένος El. 70. πρὸς τῆσδ' ὑβρίζει μητρός 790. ὅταν οἵ τ' ἀγαθοὶ πρὸς τῶν ἀγεννῶν κατανικῶνται fr. Alead. 105, 2. πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικωμένη inc. 671, 4. — ‖ Cum *intransitivis.* θανεῖν ἐλέχθη πρός τινων ὁδοιπόρων OR 292. οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ πεσεῖν 367. ὡς αὐτὸν ἥξοι μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν 713. τὸ δεινὸν οὐφοβεῖτο πρὸς παιδὸς θανεῖν 722. [Dind. παθεῖν, quod est in apogr. plerisque et in LA manus recentissima ascripsit addito γρ.] πρὸς τῆς τυχῆς ὄλωλεν οὐδὲ τοῦδ' ὕπο 949, quod exemplum propter πρός et ὑπό pari significatione composita ceteris memorabilius. Tricl. et quidam codd. minus boni πρὸ τῆς τύχης. βίον, οἷον βιῶναί σφω πρὸς ἀνθρώπων χρεών 1488. ὥστε πρὸς παίδων θανεῖν OC 970. ἀπώλετο πρὸς αὐτοφώρων ἀμπλακημάτων Ant. 51. πρὸς διπλῆς μοίρας ... ὤλοντο 170. πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν 679. οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω 942 an. πρὸς τοῦ; sc. τέθνηκεν Tr. 1131. οὐδενὸς πρὸς ἐντόπου 1132. πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο 1160, de qua sententia adhuc dicendum postea. ἐπαίνου τεύξεται πρὸς γοῦν ἐμοῦ Ai. 527. πρὸς τῶν Ἀτρειδῶν ὡς διόλλυμαι 838. *πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο 842. [notavit schol.] πρὸς τοῦδ' ὄλωλε 1033. κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένη inc. fr. 703, 1.

3. Sed etiam *sine verbo* sic dicitur, ut origo facti ex consilio et voluntate alicuius repetatur. καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις; OC 73. ὁδὸς δυσποτμός τε καὶ κακὴ πρὸς τοῦδε πατρός 1434. ἐρῆμος πρὸς φίλων Ant. 919. διάβορον πρὸς οὐδενός Tr. 676. οὕνεκα ἄκουσα πρὸς τοῦ θηρὸς ἔρξειεν τάδε 935. ἃ ... εἰσεγραψάμην πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός 1168. sc. μαντεῖα. τὰ γὰρ περισσὰ σώματα πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις Ai. 759. Non enim coniungenda πίπτειν πρὸς θεῶν, sed δυσπραξίαις πρὸς θεῶν, quae sunt *a diis effectae calamitates.* πειθὼ κακοῦ πρὸς ἀνδρός El. 562. ἡμέρᾳ γὰρ τῇδ' ἀπήλλαγμαι [sive ἀπηλλάγην] φόβου πρὸς τῆσδ' ἐκείνου τε 784. φόβου πρὸς τῆσδε coniunguntur. σπουδὴ ... οὐ πρὸς τῶν θυραίων οὐδαμῶς ἀκουσίμη inc. fr. 823, 2. (II p. 647, 4.)

4. Ad eandem voculae vim haec referuntur sermonis proprietatem propius tangentia. ‖ Locutio αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ, in qua verbum aut adesse aut intelligi solet. αὐτὴ πρὸς αὑτῆς sc. τέθνηκε OR 1237. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ sc. αἱμάσσεται Ant. 1177. αὐτὴ πρὸς αὑτῆς sc. τέθνηκε Tr. 1132, quod ceteris memorabilius, quod verbum assumendum est ex v. 1130, interposita Herculis interrogatione. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ Ai. 906. sc. ὤλετο s. τέθνηκε, quod ex verbo praecedente ἔρξεν sumendum, ἔργον enim illud *mors* est. Adest verbum: αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε Tr. 891. — ‖ Deinde εἶναι πρός τινος *rebus alicuius* vel *ingenio convenire.* πρὸς γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου γόους ... ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ' ἔχειν Ai. 319. οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι 581. κακοῦ πρὸς ἀνδρός 1071. ταῦτ' ἐστὶ τἄπη πρὸς κακῶν ἐπαινέσαι El. 401. κακὸν τὸ κεύθειν κοὐ πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς Alead. fr. 100. V. Valck. ad schol. Eur. Phoen. 1686. Matth. Gr. Gr. § 590 a. Monk. ad Eur. Alc. 57. Hinc τὸ πρός τινος est *quod alicuius rebus favet* sive *commodum est.* δεῖ γὰρ καὶ τὸ πρὸς κείνου λέγειν Tr. 479. πρὸς σοῦ γάρ, οὐδ' ἐμοῦ, φράσω OR. 1434. v. Brunck. l. c. Koen. ad Greg. Cor. p. 106. Heindorf. ad Plat. Hipp. Mai. p. 285, b. Sic scribendum videri posse πρὸς τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν OR 134. secundum LA significavimus v. πρό. Sed significatur ita etiam *quod alicuius est* universe, sive *quod ad eius res spectat.* τὰ πρὸς σφῷν OR 668 ch. i. e. τὰ ὑμέτερα. τὰ δὲ πρὸς τέκνων διπλῆ φύλοπις οὐκέτ' ἐξισοῦται φιλοτασίῳ διαίτᾳ El. 1071 ch. Sic intelligendum τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος εὐκλείας τέκνοις ἄγαλμα μεῖζον, ἢ τί πρὸς παίδων πατρί; Ant. 704. Inde *a parte* s. *quod attinet* (sic nos solemus; Latine sic non dici scio) significat. *πρὸς ἀνδρὸς ἢ τέκνων φοβουμένη Tr. 150. [secl. Dind.] τί δ' ἐστὶν ... πρός γ' ἐμοῦ στυγούμενον; 738. — ‖ Ex eodem fonte circumlocutiones quaedam fluxere. *Consanguinei* dicuntur τοὺς πρὸς αἵματος Ai. 305. *Adverbiascit* πρὸς δίκης i. q. δικαίως OR 1014. El. 1211. *Instrumentalem casum* exprimit πρὸς ὅτου βασάνῳ OR 493 ch. πρὸς τίνος πότ' αἰτίας 1236 i. q. τίνι βασάνῳ, τίνι αἰτίᾳ s. ἐκ τίνος αἰτίας, quae paulum inter se diversa. Inde est etiam illud OC 546 ch.: ἔχει δέ μοι ... πρὸς δίκας τι, *aliquantum veniae a facti iustitia*, i. e. *propter facti iustitiam.*

5. Formulis *iurandi* et *obtestandi* πρός adhibetur. πρός νύν σε πατρός, πρός τε μητρός, πρός τ' εἴ τί σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλὲς ἱκέτης ἱκνοῦμαι Ph.

468. πρὸς αὐτοῦ Ζηνὸς ἱκεσίου 484. μή, πρὸς ἀραίου Διός, ἔλθῃς 1181 m. μή, πρὸς ξενίας, ἀνοίξῃς, τᾶς σᾶς OC 515 m. μή, πρός σε τοῦ κατ᾽ ἄκρον Οἰταῖον νάπος Διὸς καταστράπτοντος Tr. 436. καί σ᾽ ἀντιάζω πρός τ᾽ ἐφεστίου Διὸς εὐνῆς τε τῆς σῆς Ai. 492. καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου καὶ θεῶν ἱκνοῦμαι 587. μή, πρὸς γενείου, μὴ 'ξέλῃ τὰ φίλτατα El. 1208. μή, πρὸς θεῶν Ai. 76. Formulae πρὸς θεῶν nude positae item formularum ὦ πρ. θ., πρ. θ. πατρῴων, πρ. νῦν θ. exempla v. s. θεός p. 318 b.

6. De sermonis usu peculiari advertenda haec: ‖ *Ellipsis* sive potius σχῆμα ἀπὸ κοινοῦ cernitur, cum praepositio ex altero sententiae membro assumenda est. πρὸς μητρὸς ἢ πατρός; OR 1037. πότερα πατρῴας, ἢ πρὸς οἰκείας χερός; Ant. 1176, quod exemplum priore memorabilius ob praepositionem secundo membro inclusam. — ‖ Rursum *abundare* videtur. Taceo πειθὼ κακοῦ πρὸς ἀνδρός El. 562, etsi omitti praepositio potuit, nec commemoro ἐρῆμος πρὸς φίλων Ant. 919, in qua sententia πρὸς φίλων epexegesin vocabuli ἐρῆμος habet, item Ai. 319, in quo confusas duas locutiones puto ἔχειν πρός τινος dicto quasi εἶναι dictum foret. Illustrius ad speciem est, πρὸς τῶν θανόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο Tr. 1160, etsi sic fortius dictum concedam Hermanno; graviter autem ineptit diversissima et toto caelo aliena miscens Apitz. p. 204. — ‖ In obtestandi formula paulo durius omittitur pronomen. πρός σ᾽ ὅτι σοι φίλον ἐκ σέθεν ἄντομαι OC 250 m. i. e. πρὸς τούτου. πρός τ᾽ εἴ τί σοι κατ᾽ οἶκόν ἐστι προσφιλές Ph. 469. — ‖ In eadem obtestandi formula inter πρός et casum pendentem aliquid aliquando interponitur: levius id, quod unum aut duo vocabula breviora sunt; velut πρός νύν σε πατρός Ph. 468. πρός σε τοῦ κατ᾽ ἄκρον Οἰταῖον νάπος Διὸς καταστράπτοντος Tr. 436. πρός νύν σε κρηνῶν OC 1333. Observarunt Burtonus ad OC 250. Elmsl.; Elmsleius ad Eur. Med. 137. Iacobs. ad Anthol. Pal. t. 3. p. 83: ante hos Valck. ad Eur. Phoen. 1659.

II. Cum *dativo* dictum πρός

1. inprimis *res locis proxime coniunctas* significat, quam provinciam Latinis praepositionibus *ad*, *apud*, *iuxta* datam videmus. πρός τε Παλλάδος διπλοῖς ναοῖς OR 20. non *in templis*, sed *in gradibus templorum, ante templa*. νηλέα δὲ γένεθλα πρὸς πέδῳ κεῖται 181 ch. *in terram procubuerunt*. ὡς ὁ Λάϊος κατασφαγείη πρὸς τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς 730, quod non magis *in trivio* significare oportet, quam θάκησιν… ἢ πρὸς βεβήλοις, ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν OC 10. male intellectum Doederlino. Illud est cum *ad trivium accederet*, hoc *ad* s. *pone loca sacra profanave*. πρὸς Πυθίαις ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς OC 1047 ch. καὶ πρὸς σοὶ παρασταθήτω 1268. Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ Ant. 825 m. πρὸς θυρῶνος ἐξόδοις ἐλθοῦσα φωνεῖς El. 328. ἐλθοῦσα dictum est φράσεως causa. τῇδε πρὸς πόλῃ … αὑανῶ βίον 818. *Accedendi* diserta mentio sed in tralata dictione inest: πρὸς αὐτῷ γ᾽ εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν OR 1169. τίς ὁ πηδήσας δαίμων… πρὸς σῇ δυσδαίμονι μοίρᾳ; 1302 an. Inde nata locutio τὸ πρὸς ποσί *praesentia* OR 130. τά plerique cod.; sed τό LA, Flor. Γ. — Ab *accedendi* adsignificatione proxime deflectitur proprie dictum ὑπτία δὲ κλίνομαι δείσασα πρὸς δμωαῖσι Ant. 1189. *in manus earum recido*; tralate vero ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ; Ai. 95. ἢ καὶ πρὸς Ἀτρείδαισιν ᾔχμασας χέρα; 97. Ad *statum rei* significandum transfertur θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι Ai. 582. Ceterum aliquando πρός dicitur, cum rei altera quadam inclusae vel circumdatae non minus bene conveniret ἐν. ταῦτα πολλοὶ πρὸς μέσῃ Τραχινίων ἀγορᾷ συνεξήκουον Tr. 371. Bene Erf. comparat Romanorum *apud forum*, παρ᾽ ὄχθῳ Sophocleum Tr. 524, iubens conferri Ruhnk. ad Ter. Andr. I. 5, 19.

2. Semel, si de loco scriptura non certissima iudicare licet, *secundum* significat. νόει πρὸς ἀνδρὶ σχῆμα, πουλύπους ὅπως πέτρᾳ, τραπέσθαι γνησίου φρονήματος Iph. fr. 289. Legitur σῶμα: magis probo Bergkium olim σχῆμα corrigentem, referendum illud ad φρονήματος, quam Porsonum νοῦν δεῖ pro νόει. Quanquam utrumque de mente coniugis viro se accommodantis dictum videtur. [Dind. servato σῶμα dedit νοῦν δεῖ πρὸς ἀνδρὶ, σῶμα πουλύπους ὅπως πέτρᾳ]. (II p. 649, 28.)

3. Addi aliquid aliis significat, sicut Latina *praeter* et *insuper*: v. Dorvill. vann. crit. p. 145. Valck. ad Eur. Phoen. 1348. Wyttenb. ad Plut. Cons. ad Apoll. p. 115 b. μῶν … πάρεστε πρὸς κακοῖσι πέμποντες κακόν; Ph. 1266. πρὸς τοῖσδ᾽ ἔτι 1339. πρὸς δ᾽ ἐκείνοισιν τί φῄς; OR 1233. ψιλὸν ὄμμ᾽ ἀποσπάσας πρὸς ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν OC 866. δέκα μῆνας πρὸς ἄλλοις πέντε Tr. 45. μηδὲ πρὸς κακοῖς τοῖς οὖσι λύπην πρός γ᾽ ἐμοῦ νέαν λάβοι 330. [de quo usu praepositionis mutata vi repetitae cf. Bernhardy Synt. p. 200 et F. Gu. Schmidt. in Ann. Iahni supplem. v. 17. (1851.) p. 291.] πρὸς θανάτῳ θάνατον ἀνύσασα 885 ch. *mortem morti adiiciens*. χάριν βραχεῖαν πρὸς μακροῖς ἄλλοις διδούς 1217. οὐ ταῦτα πρὸς κακοῖσι δειλίαν ἔχει; El. 351. ἵλεως αὐτοῖν κλύε, ἐμοῦ τε πρὸς τούτοισιν 1377. Paulo discrepat a nonnullis ante appositorum, quae ipsa duplex genus referunt, prout in commemoratione aliud alteri, aut rebus ipsis alia nova accedit, hoc: πέπονθα δεινὰ πρὸς κακοῖς κακά OC 595. *mala mea iam per se gravia accedentibus aliis aucta sunt.* (II p. 650, 2.)

4. Figura praepositionis ex altero divisae sententiae membro assumendae inest in πρὸς Πυθίαις ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς OC 1047 ch. Abundat eadem iuxta verbum a praepositione locum significante compositam: Αἰδὼς … καὶ πρὸς σοὶ παρασταθήτω OC 1268.

III. Cum *accusativo* positum πρός

1. *motum aliquo versum institutum* significat; *versus, ad, in*. πλεῖς δ᾽ ὡς πρὸς οἶκον Ph. 58. πλέω πρὸς οἴκους 383. πλέων … πρὸς οἶκον εἰς Πεπάρηθον 548. apte coniuncta cursus instituti et finis assequendi significatione. πέμψον πρὸς οἴκους 1368. πέμπειν πρὸς οἴκους 1399. πρὸς οἶκον οὐκέθ᾽ ἵκετο OR 115. πρὸς οἶκον ἵξεσθε 1491. ἴκου πρὸς οἴκους OC 741. λύσις στρατῷ πρὸς οἶκον El. 574. πρὸς οἶκον ἦλθε Ai. 436. πότερα πρὸς οἴκους; 460. — πρὸς δόμους μολεῖν 509. τὸν παῖδα τόνδε πρὸς δόμους ἐμοὺς ἄγων 568. σοῦ πρὸς δόμους ἐλθόντος OR 1006. σὺ δ᾽ ἡμᾶς ἄπαγε πρὸς δόμους Ant. 1087. — τὸν σκοπὸν πρὸς ναῦν ἀποστελῶ Ph. 125. πρὸς ναῦν εἶμι 132. εἶμι πρὸς ναῦν 461. — τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου Ph. 247. πρὸς δὲ τοῦτο … εἰλυόμην δύστηνος 289. *adrepebam*. ἐλθὼν Ἀτρείδας πρὸς φίλους 361. πρὸς ἡμᾶς πεπλεύκατε 404. ἐὰν μόλω πρὸς Οἰταίαν χθόνα 479. πρὸς τὰ Χαλκώδοντος Εὐβοίας σταθμά 489. πρὸς ταὐτὸν ὁρμισθεὶς πέδον 546. πατρίαν ἄγει πρὸς αὐλάν 723 ch. ἐς Τροίαν πλεῖν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς 916. εἴσειμι πρός σε ψιλός 953. πρὸς ἡμᾶς δεῦρ᾽ ἰόντα 1221. πρὸς τὰ Τροίας πεδία sc. ἐκπλεῖν 1376. πρὸς τοὺς σὲ παύσοντας ἄλγους 1378. ἐλθὼν πρὸς τὸ Τρωϊκὸν πόλισμα 1423. πέμψεις πρὸς πάτρας Οἴτης πλάκα 1430. πρὸς πυρὰν ἐμὴν κόμιζε 1432. πέμψω πρὸς Ἴλιον 1438. ὅρμενον ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ

OR 178 ch. πρὸς σὲ... ἱκέτις ἀφῖγμαι 919. ἴετ' εὐθὺ πρὸς τὰ νυμφικὰ λέχη 1242. ἄριστος ἐλθὼν πρὸς κάκιστον ἄνδρ' ἐμέ 1433. πρὸς οὐρανὸν βιβῶν OC 381. πρὸς πόλιν δ' ἐπίσταμαι ἥκων 733. ἕπεσθαι πρὸς τὸ Καδμείων πέδον 736. μολὼν πρὸς τούσδε βωμοὺς 898. κινοῦνται λόγοι πρὸς ἄστυ Θήβης 1372. μ' αὐτίκ' ἄξεται βροντὴ πρὸς Ἅιδην 1461. πρὸς ἕρμα τυμβόχωστον ἔρχομαι Ant. 848 m. πρὸς οὖς... μέτοικος ἔρχομαι 867 m. πορεύομαι πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς 893. πρὸς λιθόστρωτον κόρης νυμφεῖον εἰσεβαίνομεν 1204. δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον 1217. ἔσω χωρεῖ πρὸς αὐτόν 1227. ἵκετο Τιρυνθίαν πρὸς κλιτὺν Tr. 271. χωροῦσι πρὸς σέ 285. πρὸς δὲ δώματα χωρῶμεν ἤδη πάντες 332. πρὶν τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε 657 ch. ῥίπτει πρὸς ἀμφίκλυστον ἐκ πόντου πέτραν 780. πρὸς γῆν τήνδ' ἐκέλσαμεν μόλις 804. χωρεῖ πρὸς ἡμᾶς γραῖα 870. πρός τε ποίμνας ἐκτρέπω Ai. 53. cf. ὕβριν πρὸς μῆλα καὶ ποίμνας πεσεῖν 1061. δεθεὶς πρὸς κίονα 108. ἰὼν πρὸς ἔρυμα Τρώων 467. φυσῶντ' ἄνω πρὸς ῥῖνας αἷμα 918. Wakef. coniecit ῥινός, *ex naribus*, quo non opus. χωρεῖ πρὸς ἧπαρ γενναία δύη 938. ἧπαρ non proprie quidem dictum, sed et mentio eius viscerum partis facta et verbum χωρεῖν efficit, ut propriae dictioni formula tota accenseatur, plane ut πρὸς οἷα δουλείας ζυγὰ χωροῦμεν 944. πᾶν ἀναπτύξαι πρὸς φῶς El. 640. cf. τὸν μὲν τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν Scyr. fr. 501, 5. φορούμενος πρὸς οὖδας El. 752. εἴ σε θεὸς ἐπόρισεν ἁμέτερα πρὸς μέλαθρα 1268 m. Ἑρμῆς σφ' ἄγει πρὸς αὐτὸ τέρμα 1397. δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἔς τε τἄβατα καὶ πρὸς βέβηλα fr. Alead. 109, 7. [quo loco ap. Plut. Moral. p. 21. πρός τε τἄβ. scriptum est. v. s. ἄβατος.] ὠθούμεθ' ἔξω... αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας Ter. 517, 9. πρὸς ναρὰ δὴ κρηναῖα χωροῦμεν ποτά Troil. 560. *πρὸς λέκτρον ἥει inc. L. 8 ap. Brck. [Pseudosoph. cf. s. βαθμός.] πρὸς δ' οἷον ἥξεις δαίμονα 709, 1. ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται [sic scriptum ap. Plut. Mor. p. 33 d. 204 e. Vita Pomp. c. 78. p. 661: ὡς habent Dio Cassius, Diog. Laert., Zonaras, Macarius.] αὐτὸν ἦγε πρὸς μύλην 730. His adde στάντα πρὸς πρώτην ἕω *ad orientem conversum* OC 477. et cf. Ph. 23. χῶρον πρὸς αὐτόν. (II p. 651, 15.)

2. Proxima tralatio ab hac significatione est ‖ *oculorum coniectorum* et, quod eisdem aliquando verbis fit, *animi conversi* indicandi. φιλεῖ γὰρ πρὸς τὰ χρηστὰ πᾶς ὁρᾶν El. 972. ὀκνῶ τοι πρός σ' ἀποσκοποῦσα OR 746. βλέπειν μὲν αὐτοὺς πρὸς τὸν εὐσεβῆ βροτῶν, βλέπειν δὲ πρὸς τοὺς δυσσεβεῖς OC 279. 280. πρὸς ἴτρια βλέπω Erid. fr. 199. v. Markl. ad Eur. Suppl. 679. — ‖ Deinde de *actione* vel *mente aliquo spectante et directa* ponitur, ut vel *facere aggredi*, vel *adoriri aliquid hostili impetu*, etiam de *malo ingruente* dicatur. Sic saepe Latine redditur *adversus*. μή ποτ' εἰσίδοιμί σε πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντά ποι Tr. 304. *incessentem*. πρὸς ἐμὴν αἰεὶ χεῖρα προχωρῶν Ph. 148 an. *te manui* i. e. *ductui meo accommodans*. τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν... ἐπέβη 193 an. ἦ σε λανθάνει πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά; Ant. 10. ὅτῳ φρένας θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν 624 ch. l. c. ἐμβάλλει. χωρῶ πρὸς ἔργον Ai. 116, id exemplum viam praemunit ad consilii indicandi adsignificationem. πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει 157 an. πρὸς τὸ κέρδιστον τραπεὶς γνώμης 743. ἐχθρὸς οὔτε φύεται πρὸς χρήματα fr. Alead. 109, 5. ὅστις δὲ τόλμῃ πρὸς τὸ δεινὸν ἔρχεται Creus. 322, 1. De *defensione* dicitur οὐδὲν σθένομεν πρὸς ταῦτ' ἀπαλέξασθαι Ai. 165 an. Similis prioribus sententia subest in his: σοὶ δ' ἐγὼ φράζω κακὸν πρὸς ἄλλον εἶναι, πρὸς δ' ἔμ' ἀψευδεῖν ἀεί Tr. 469. πρὸς αὐτὸν πάντ' ἐφεύρημαι κακός OR 1421. δεῖ πρός γε τῆνδε φροντίδος El. 612. πρὸς δὲ τὰς πράξεις ἀντιδρᾶν πειράσομαι OC 958. cf. πρὸς τὴν ἀνάγκην οὐδ' Ἄρης ἀνθίσταται Thyest. fr. 234 b. πρὸς ἄνδρας οὐ μαχουμένα Ant. 62. ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους 142 an. — ‖ Inprimis usitatum de *verbis* et *sermone aliquo directo*. τί λέγειν πρὸς ἄνδρ' ὑπόπταν; Ph. 136. δηχθεὶς πρὸς ἀξήκουσεν ὧδ' ἠμείψατο 378. v. ὅς. τί με κατὰ σκότον ποτὲ διεμπολᾷ λόγοισι πρός σ' ὁ ναυβάτης; 579. λέγειν εἰς φῶς πρὸς σὲ κἀμὲ τούσδε τε 581. πόλλ' ἂν λέγειν ἔχοιμι πρὸς τὰ τοῦδ' ἔπη 1047. τί δῆτα λέξομεν πρὸς τόνδ' ἔπος; OR 1419. τῶν πρός σε νῦν εἰρημένων OC 257. πρὸς δὲ τοὺς φίλους οἷ' ἀνταμείβει ῥήματα 813. Reisigium πρὸς δὲ adverbiascere et *insuper* significare ratum, quod ἀνταμείβεσθαι πρός non dicatur, refutat Herm. Sed ἀνταμείβεσθαι cum *respondere* significet, quidni secundum sensum dici ut ἀποκρίνομαι potuit? [Immutato loco Dind. dedit οὐχί σ', ὃς γνώσει φίλους κ. τ. λ.] πρὸς κενὰς γνώμας λέγειν Ant. 753. πολλὰ πρὸς πολλούς με δὴ ἐξεῖπας El. 520. ἦ γε μηδὲ πρὸς θεοὺς ἔξεστ' ἀκλαύστῳ τῆσδ' ἀποστῆναι στέγης 911. *ad deos precandos accidentem*. πρὸς πιστὰς ἐρεῖς 1204. ἐννέπειν πρὸς ἄνδρα τόνδε 1440. πρός σε δηλῶσαι τὸ πᾶν Tr. 369. πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς; 402. πρὸς τὴν κρατοῦσαν Δηάνειραν 405, quod responsum est ad v. 402. prolatam interrogationem. πρὸς δ' ἔμ' ἀψευδεῖν ἀεί 469. εἰπέ πρός με βαιά Ai. 292. ὅστις πρὸς ἡμᾶς ἀντὶ σοῦ λέξαι τὰ σά 1261. ῥῆσις βραχεῖα πρὸς τοὺς τεκόντας καὶ φυτεύσαντας πρέπει Acris. fr. 62. ὅτι χρὴ πρὸς ταῦτα λέγειν Alead. 105, 1. Hinc locutio est αὐτὴ πρὸς αὑτήν *ipsa apud me*. κἀπικωκύω πατρὸς τὴν δυστάλαιναν δαῖτ' ἐπωνομασμένην αὐτὴ πρὸς αὑτὴν El. 285. — ‖ Aliquando sic exponitur *ratio inter duos intercedens*. σοὶ δ' ὁμιλία πρὸς τόνδε πιστὴ καὶ βέβαιος Ph. 71. πνεῦμα ταὐτὸν οὔ ποτ' οὔτ' ἐν ἀνδράσιν φίλοις βέβηκεν, οὔτε πρὸς πόλιν πόλει OC 613. Huic usui contiguus ille est, cum φοβεῖσθαι, θυμοῦσθαι, θαυμάζειν πρός τι dicuntur. μὴ θαύμαζε πρὸς τὸ λιπαρές OC 1119. πρὸς οὐδὲν εἰς ἔριν θυμούμενος Ai. 1018. εἰ φοβεῖ πρὸς τοῦτο Tr. 1211. Ductum videtur ab his, qui accedentes ad aliquid repente horrent adspectum, mirantur, irascuntur. Diversissima in hoc genere indicando permiscet et Musgr. ad Tr. 1211. et Matthiae Gr. Gr. § 591. c. β. — ‖ Postremo loco memoratis simile est πρὸς ταῦτα s. πρὸς τάδε, quo altero Sophocles tamen usus non est, quod *propterea* s. *qua de re* interpretantur Valck. ad Phoen. 524. Herm. ad Vig. p. 863. Matth. l. c. Nec male, modo ne de vera facti causa cogites. Significatur enim, quod ab *accedendi aliquo* notione deflexum est, res duas, alteram tempore priorem, mutuo quodam necessitudinis vinculo colligari; quare *proinde*, *sic igitur* longe aptiora sunt. πρὸς ταῦτα καὶ Κρέοντα καὶ τοὐμὸν στόμα προπηλάκιζε OR 426. πρὸς ταῦτα καὶ Κρέοντα πεμπόντων OC 455. πρὸς ταῦτα πράξεις οἷον ἂν θέλῃς OC 956, quod exemplum propius ceteris a propria significatione abest. πρὸς ταῦτ' ἐφυμνείτω Δία ξύναιμον Ant. 658. πρὸς ταῦτ' Ὀδυσσεὺς ἐν κενοῖς ὑβριζέτω Ai. 971. πρὸς ταῦτα μηδὲν δεινὸν ἐξάρῃς μένος 1066, quod dubito tamen anne potius ad secundam transferendae praepositionis rationem referendum sit. πρὸς ταῦτα πλείους δῆτα κήρυκας λαβὼν καὶ τὸν στρατηγὸν ἧκε 1115. πρὸς ταῦθ' ὅρα μὴ τοὐμόν, ἀλλὰ καὶ τὸ σόν 1313. πρὸς ταῦτα φράζου

El. 383. πρὸς ταῦτα καινέτω τις, εἰ βαρύνεται 820. πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδέν Hippon. fr. 284, 1. —.— 3. ‖ Dicitur de locis etiam ita, ut de *statu* solo cogitari possit. σήμαιν', εἴτ' ἔχει χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ Ph. 23. Sed sane accessisse illuc versantem in eo loco oportet. τοῦ γὰρ ἀνθρώπων πότ' ἦν τὰ πολλὰ πατρὸς πρὸς τάφον κτερίσματα; El. 931. Possint, nec minus bene πρὸς τάφῳ dici; significantur enim ἐπιτύμβιοι χοαί (Ant. 901). Sed gravior sententia est, de superfusis sepulcro inferiis cogitationem iniicere. Cf. Matth. ad Eur. El. 313. Inde adverbialis locutio est τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον εἴληχε Πάλλας Aeg. fr. 19, 3 *meridionalem partem*. — 4. ‖ De *assequendo fine et termino* usurpatur. ὅταν δ' ἵκῃ πρὸς τοῦτο Ai. 556. ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς OR 1492. ὡς δὲ πρὸς τέλος γόων ἀφίκοντο OC 1621. — (II p. 653, 13.)

5. ‖ Hinc tralatio fit ad *consilium aliquod facto assequendum*. ἐξέλκων πόδα πρὸς τοῦτο Ph. 292. πῶς οὖν Ὀδυσσεὺς πρὸς τάδ' οὐκ αὐτάγγελος πλεῖν ἦν ἑτοῖμος; 568. πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν; 836 ch. Ad structuram sermonis dissimile ὡς πρὸς τί λέξων ἢ καταρτύσων μολεῖν; OC 71. et inspice Reisigio adnotata. πρὸς τί τοῦτ' ἐφίεσαι; OR 766. ὡδοιπόρεις δὲ πρὸς τί τούσδε τοὺς τόπους; 1027. πρὸς τί τοῦτο τοὔπος ἱστορεῖς; 1144. ὡς πρὸς τί χρείας; 1174. εἰκαθεῖν ὁρμωμένῳ πρὸς κασιγνήτου τίσιν OC 1329. παραλλάσσει φρένας χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ' ἵστασθαι Ant. 299. πρὸς ἔξοδον στείχουσα 1184. καταστεφῆ στείχονθ' ὁρῶ τίν' ἄνδρα πρὸς χαρὰν λόγων Tr. 179. Brunck. de coniectura χάριν, non probabiliter, sed pessime; explicandum enim χαρτὰ λέξοντα. πρὸς τί δ' ἱστορεῖς; 418. ὡς πρὸς τί πίστιν τήνδ' ἄγαν ἐπιστρέφεις; 1182. πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα; Ai. 40. κἀπεμπόμην πρὸς ταῦτα El. 680. πρὸς τί τοῦτ' εἰπὼν κυρεῖς; 1167. σὺ δ' ἐκτὸς ᾖξας πρὸς τί; 1402. λαθραῖον ὡς ὁρούσῃ πρὸς δίκας ἀγῶνα 1441. πρὸς ἅσπερ οἱ μαργῶντες ἐντονώτατοι inc. fr. 722, quanquam hoc etiam rationem inter res duas intercedentem significet. Huc an ad colloquium cum aliquo miscendi vim referam ambigo OC 167 an.: λόγον εἴ τιν' ἴσχειν πρὸς ἐμὰν λέσχαν, ἀβάτων ἀποβάς, ἵνα πᾶσι νόμος, φώνει. Hermannus post λέσχαν distinxit cum plerisque, sed altera ratio minus fortasse vulgaris. De Ph. 1406. v. προσωφέλησις. — Finitimum illius rationis est, cum *res aliquo modo effecta* significatur. ὁρῶ γὰρ οὐδὲ σοὶ τὸ σὸν φώνημ' ἰὸν πρὸς καιρόν OR 325. ὁρᾷς; πρὸς ὀργὴν ἐκφέρει El. 628. (II p. 654.)

6. ‖ Plurimae sunt locutiones adverbiales, *aliquid aliquo spectare* significantes, aliae aliis magis cum proxima praepositionis vi copulatae. εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς Ph. 1441. ταῖσι Θήβαις εἰ τὰ νῦν εὐημερεῖ καλῶς τὰ πρὸς σέ OC 617. — κακοὺς ὄντας πρὸς αἰχμήν Ph. 1307. *manu minime fortes*, proprie si *ad arma tractanda aggrediendum* est. — πρὸς βίαν, sive si *vi*, sive si *invito aliquo* significat, undecim locis prolatum v. s. βία p. 121 b. Eadem significatione praeditum πρὸς ἰσχύος κράτος Ph. 594. v. Elmsl. ad Med. 525. — πρὸς εὐσέβειαν ἁ κόρη λέγει El. 464. — πρὸς ἡδονήν *gratum* significat El. 921. fr. Acris. 60, 2, sed *comparatum cum volupate* Ant. 1171. cf. s. ἡδονή p. 505 b. Ita *comparata cum divitiis* κἄστι πρὸς τὰ χρήματα θνητοῖσι τἄλλα δεύτερα Creus. fr. 325, 4. V. Musgr. ad Eur. Ion. 1532. — πρὸς καιρόν. *opportune, apte ad rem*. ter prolatum v. s. καιρός p. 361 a. Pariter πρὸς τὸ καίριον πονεῖν dictum Ph. 525. i. e. καιρίως. Similia attigit Elmsl. cens. Eur. Suppl. Hermanni ad v. 881. — πρὸς κρίσιν. ὡς τῶν σῶν τέκνων λείποιτο πρὸς τόξου κρίσιν Tr. 266. — πρὸς ὀργήν *iracunde*. μηδὲν πρὸς ὀργὴν El. 369. — πρὸς πρᾶξιν. σχετλιώτατα πρός γε πρᾶξιν Tr. 879 m. sc. ἔθανε, i. e. δεινοτάτῳ τρόπῳ. — πρὸς φύσιν i. q. φύσει. πρὸς μὲν γὰρ φύσιν πάντων ἄπειρος τῶνδε Tr. 308. ἢ φίλων τις ἢ πρὸς αἵματος φύσιν El. 1125. i. e. συγγενὴς οὖσα. — πρὸς χάριν *ut volupe est*. χορέσαι στόμα πρὸς χάριν ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας Ph. 1156 m. οἰωνοῖς εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς Ant. 30. v. Herm. — *in gratiam*: τῷ κατὰ γᾶς, ὃς νέον ἔρρει, πρὸς χάριν OC 1776 an. πρὸς χάριν τε κοὐ βίᾳ λέγω Aeth. fr. 26, 1, inde *causa*: τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω; Ant. 908. Plane aliter σὺ πρὸς χάριν μὲν οὐκ ἐρεῖς, κλάων δ' ἐρεῖς OR 1152. *leniter et amice rogatus*, quod *coacto* contrarium. — Ultimum his simile generatim dictum est πρὸς ὅτι, *quatenus, qua in re*. οὔτοι σοὶ μούνᾳ ἄχος ἐφάνη βροτῶν, πρὸς ὅτι σὺ τῶν ἔνδον εἶ περισσά El. 155 ch. — Sed plane absimile est ὡς οὐκέτ' ὄντος γὰρ τὰ συμβόλαιά σου πρὸς τὰς παρούσας ξυμφορὰς ἐφαίνετο Ph. 885. i. e. *si spectes, pro ratione*. Confert Musgr. Eur. Hippol. 698. Hel. 329, quae non simillima sunt, quia adverbiascentem locutionem verbo accommodatam monstrant.

7. ‖ De proprietate sermonis sola notanda exempla sunt speciem quandam pleonasmi prae se ferentia. Horum unum eximendum; quod variis variorum coniecturis vexatus est, OC 71: ὡς πρὸς τί λέξων ἢ καταρτύσων μολεῖν, quod Musgr. intellexerat, ut tamen perperam πρός τι scriberet, explicuit Reisig.: ὡς μολεῖν (sc. πομπός, quod priore versu inest, *numquis vestrum nuntiabit, ut veniat*) πρὸς τί, λέξων ἢ καταρτύσων; [ὡς πρὸς τί, λέξων ἢ καταρτύσων, παρῇ; Dind.] — πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν; Ph. 836 ch. Infinitivus epexegesi additus. Alia sunt, in quibus est verbum compositum, ut alia praepositione opus non sit. καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη Ph. 194 an. πρὸς λιθόστρωτον κόρης νυμφεῖον Ἅιδου κοῖλον εἰσεβαίνομεν Ant. 1204. Explicandum autem εἴσειμι πρός σε ψιλός Ph. 953, quod εἰσιέναι non facile cum solo accusativo dicitur. (II p. 655, 11.)

Προσάγω *adduco*. Proprie dictum: τὰ πάνθ' ὁμοῦ ἑκατὸν προσῆγε συμμιγῆ βοσκήματα Tr. 762. τίς σε προσήγαγεν χρεία; Ph. 236. Tralate: ἡ Σφὶγξ τὰ πρὸς ποσὶ σκοπεῖν μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ προσήγετο OR 131.

Προσᾴδω *concino*. καί μοι προσᾴδετε Ph. 405. Explicuit sententiae nexum Herm. [Bonitz. composuit Platonis Phaedr. p. 86. E ἐάν τι δοκῶσι προσᾴδειν.]

[Προσαίρω. πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσάρῃ Ant. 620 pro προσαύσῃ apogr. multa. Imitatus locum Eust. opusc. p. 5, 12. ὥσπερ πυρὶ προσᾶραι πόδα].

Προσάπτω. Transitive *addo, adhibeo*; non dicitur nisi tralate. τῷ τεθνηκότι τιμὰς προσάπτειν El. 365. τούτων προσάψῃς μηδέν 432, utrumque de inferiis faciendis. μή τι πέρα χρέος ἐμᾷ πόλει προσάψῃς OC 236 ch. *ne piaculum urbi contrahas*. ὅστις μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ φάρμακον Ter. fr. 514, 4. — Intransitive dictum proprie semel. κἀμοὶ Δωτιεὺς ἀνὴρ ἄγχοῦ προσῆψεν Ἔλατος ἐν δισκήματι Laris. fr. 69, 2. *iactu me sibi applicuit*, i. e. proxime a me abfuit disco iaciendo. Semel item tralate dicitur. γᾶ φθινὰς τρύχει ψυχὰν τάδ' εἰ κακοῖς κακὰ προσάψει τοῖς πάλαι τὰ πρὸς σφῷν OR 667. Tricl.

προσφαύσει. Sed recte gl. Br. συναφθήσεται, συνελεύσεται, in Aug. b. συνέλθῃ. Ita dictum προσάπτειν comparato συνάπτειν Erf., ipsum illud ex Aesch. Ag. 1575. adducens Herm. firmavit: his adde Iacobs. ad Callistr. stat. p. 681.

Προσαρκέω *opitulor.* ὡς θέλοντος ἂν ἐμοῦ προσαρκεῖν πᾶν OR 12. κείνῳ προσαρκῶν 141. — *praebeo, concedo* universe. ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρὰ κερδάνῃ μέγα OC 72. προσαρκέσαι χάριν Polyx. fr. 470, 2. *grata facere, placere.*

Προσαρμόζω. ἅ τ' ἀντὶ δώρων δῶρα χρὴ προσαρμόσαι Tr. 494. Explicant de *donis addendis* s. *accedentibus* sc. ad mandata ore perferenda (λόγων ἐπιστολάς v. 493): nescio an rectius de ipso Hercule donis augendo, iam ut tacite praeludatur mortifero pallii invento, de quo legitimum est προσαρμόζειν. Tertiam explicandi viam, nec improbabilem illam schol. iniit, de dono acceptis consentaneo hisque rependendis: ὅπως ἂν αὐτῷ παρ' ἡμῶν κομίσῃς ἀντίποινα καὶ σύμφωνα οἷς ἤγαγες. (II p. 656, 4.)

Προσαυδάω *alloquor, compello.* προσαυδᾶν μήτε τούσδε; μήτ' ἐμέ OC 352. σὲ μὲν κἀκεῖ προσαυδήσω ξυνών Ai. 855. καὶ τὰ Τρωϊκὰ πεδία προσαυδῶ 863. μητέρ' εἰ χρεὼν ταύτην προσαυδᾶν El. 274. — *pass.* ἐγὼ δ' ἀδελφὴ σοὶ προσηυδώμην ἀεί El. 1148. LA a pr. m. προσηυδόμην.

*Προσαυρεῖν *attingo.* πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύρῃ Ant. 619 ch. Pro προσαύσῃ coniectura Seidleri apud Schaef. add. ad Greg. Cor. p. 915. olim probata Herm. et Buttm. Lexil. I. p. 82. Hesych. προσαυρῶν, προστυχών. Scr. προσαυρών. — Vide προσαύω.

[Προσαύω *adhibeo, admoveo.* πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύσῃ Ant. 619 ch. recte extat in LA (suprascripto αἴρει) et idem est lemma scholii: πρὶν τοῖς δεινοῖς ἐπικύρσῃ, καὶ εἰς αὐτὸν ἐμπέσῃ τὸν κίνδυνον. Apogr. habent προσάρῃ, προσφαύσῃ, προσαρμόσῃ orta ex glossis verbi προσαύειν, cuius simplex idem valere quod αἴρειν docuit Lob. ad Ai. v. 805. p. 297 ed. 3. — Arnold in Eos v. 1. (1864.) de προσκαύσῃ cogitavit, quo tamen verbo nec Soph. nec ceterorum tragicorum quisquam videtur esse usus.]

Προσβαίνω *accedo, gradior.* προσέβα γὰρ οὐκ ἄν ποτ' ἀστιβὲς ἄλσος ἐς τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν OC 125 ch. πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴρ ... προσβαίη μακράν; Ph. 42. Haeserunt interpretes in verbo προσβαίη, quod videbatur προβαίη fuisse dicendum; sed optime defendit ex ipsa sententia Herm. — Tralate dictum: τίς σε προσέβη μανία; OR 1300 an.

Προσβάλλω ‖ *affero, infero, adhibeo.* ἐμοὶ πικρὰς ὠδῖνας ... προσβαλὼν ἀποίχεται Tr. 42 ὅρκον αὐτῷ προσβαλών 255. *ad iusiurandum sese adigens.* εὔκλειαν οὐχ ὁρᾷς ὅσην σαυτῇ τε κἀμοὶ προσβαλεῖς El. 974. Omittitur casus pendens a verbo: στέργημα γὰρ δοκοῦσα προσβαλεῖν σέθεν Tr. 1138. sc. σοί. — ‖ Plane contraria ratione dicitur μή μ' ἀνάγκῃ προσβάλῃς τάδ' εἰκαθεῖν OC 1178. *cave adigas me.* v. Dorvill. ad Char. p. 598. — ‖ Figurate dicitur de *attendente* s. *animum advertente*, haud dubia tralatione ab oculis adiiciendis facta: v. Wyttenb. ad Plut. Conv. Sap. p. 149 d. προσβαλοῦσ' ὅσα ζῶν κεῖνος εἶπε Tr. 580. Male schol. καὶ ἄλλα τινὰ συμμίξασα. Recte *attendens omnia* Schaef. τὰ μὲν οὔτι προσέβαλε 844 ch. Hic bene schol. οὐ συνῆκεν. v. Dorvill. ad Char. p. 318. Lips.

Προσβλέπω *adspicio.* ὦ φῶς, τελευταῖόν σε προσβλέψαιμι νῦν OR 1183. προσβλέπειν γὰρ οὐ σθένω (ὑμᾶς) 1486. τὸν δ' ἔναντα προσβλέπω νεκρόν Ant. 1299 m. ἐπεί σφ' ἐγὼ ᾤκτειρα δὴ μάλιστα προσβλέψασα Tr. 464. καί με προσβλέψας καλεῖ 796. προσβλέπειν δ' ἔξεστί σοι τὰ τοῦδε πράγη Ai. 347. προσβλέψασά μου σφραγῖδα πατρός El. 1222.

Προσβολή *accessio.* βραδεῖα μὲν γὰρ ἐν λόγοισι προσβολὴ μόλις δι' ὠτὸς ἔρχεται τρυπωμένου inc. fr. 737, 1. Tardam per aures, si cum oculis compares, rerum perceptionem dicere videtur. (II p. 657, 5.)

Προσγίγνομαι *efficior, accido.* γνώσει κακοῦ θυμοῦ τελευτὴν ὡς κακὴ προσγίγνεται OC 1198. τοῖς γὰρ θανοῦσι μόχθος οὐ προσγίγνεται Tr. 1173. οὐδὲ γὰρ κακῶς πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται El. 771. In LA his tribus locis scriptum est προσγίνεται.

[*] Πρόσδεγμα *excipiendi modus.* οἶσθα τὰ τῆς ξένης ὁρῶν προσδέγματ' αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως Tr. 628. Schol. ὑποδοχάς. [secl. versum Nauck.] Cod. Harl. προσδέργματ', eoque spectat, quod Turnebianam sequentes editiones habent, αὐτήν θ'.

Προσδεῖ. ξύλα μή μοι μεταξὺ προσδεήσειεν Herc. Taen. fr. 218, 2. *ne indigerem.*

Προσδέρκομαι *adspicio.* Circumspiciendi significatio efficitur addito adverbio OC 122 ch.: προσπεύθου λεῦσσέ νιν, προσδέρκου πανταχῇ.

Προσδέχομαι *recipio.* εἰ ζῶνθ' Ἡρακλέα προσδέξομαι Tr. 233. ἄγος ... τὸ μήτε γῆ μήτ' ὄμβρος ἱερὸς μήτε φῶς προσδέξεται OR 1428. προσδέρξεται Corais coniectura est ad Isocr. p. 242. Respui dicitur scelere coopertus Oedipus ab omni rerum natura. — *exspecto.* τοιόνδ' ἐγὼ μνηστῆρα προσδεδεγμένη Tr. 15.

Προσδιαφθείρω *insuper perdo.* ὄλωλα, καὶ σὲ προσδιαφθερῶ ξυνών Ph. 76.

Προσδίδωμι *addo.* καί πού τι καὶ βορᾶς μέρας προσέδοσαν Ph. 309.

Προσδοκάω *exspecto.* καί τι προσδοκῶ νέον Ph. 784. μηδὲ προσδόκα τόδε Tr. 367. LA m. pr. τῶδε vel τόνδε.

Πρόσεδρος *circumsitus.* ἐκ προσέδρου λιγνύος Tr. 794. De morbo explicant: ego aliter interpretatus sum v. λιγνύς. ε̄, ut in arsi, producitur.

Πρόσειμι *adsum,* de statu inprimis rerum et sensibus animi. ὡς ἂν ἀγνοίᾳ προσῇ Ph. 129. *ut ignoretur, quis sit.* γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου πρόσεστιν Ant. 720. *comes est*, i. e. *inest.* ἥ τ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ δοκεῖ προσεῖναι χἠ μάτην πολλὴ βοή 1252. τοῦ λόγου δ' οὐ χρὴ φθόνον προσεῖναι Tr. 251. i. q. φθονεῖσθαι. κὴρ πρόσεστιν οὐ καλή 454. ἀνδρί τοι χρεὼν μνήμην προσεῖναι Ai. 521. δέος ᾧ πρόσεστιν αἰσχύνη θ' ὁμοῦ 1079. τέκνων ὅσων ἐμοὶ δύσνοια μὴ πρόσεστιν El. 654. *quorum non premor invidia.* ὅτῳ δ' ἔρωτος δῆγμα παιδικοῦ προσῇ inc. fr. 721, ut emendavit Valck. ad Phoen. 386. Apud Plut. Moral. p. 77 b et 619 a legitur παιδικόν. — Magis proprie dicitur de *re accedente*, ut significetur *insuper addi*, cum adsignificatione rei auctae. ἔπειτα μέντοι χᾦ λόγος καλὸς προσῆν Ph. 352. [Incerta est scriptura fr. Eriph. 206. qui locus cum olim sic esset datus: γήρως προσόντως σῶζε τὴν εὐφημίαν, nunc a Nauckio sic emendatus est γήρᾳ πρεπόντως σῶζε τὴν ε. libri habent προσόντως aut προσηκόντως.]

Πρόσειμι *accedo*. ἔνθα μή ποτ' εἰς εὐνὴν πατρὸς τούτων πρόσεισι μηδέν El. 437. προσόδια ... προσιέναι θεοῖσιν Pel. fr. 435, 4.

Προσειπεῖν *alloqui*. τοῦτο γάρ σ' ἔχω μόνον προσειπεῖν OR 1072. δός μοι προσειπεῖν αὐτόν Ai. 538. τὰς ἱερὰς ὅπως προσείποιμεν Ἀθάνας 1221 ch. de consalutantibus patriam reducibus. De προσεῖπας OR 351. v. προειπεῖν. (II p. 658, 17.)

Προσεμβαίνω *insulto*. οὐ γὰρ θανόντι καὶ προσεμβῆναί σε χρή; Ai. 1348. Eust. p. 1047, 29. προσεπεμβαίνειν affert, versu anapaesto vitiato. Eodem spectare videtur Hesychii glossa προσεπεμβαίνει, ἐπιβαίνει, ἐπιτωθάζει, ἐπιγελᾷ.

Προσεννέπω *alloquor*. τὸν διφρευτὴν Ἥλιον προσεννέπω πανύστατον δή Ai. 857.

Προσέοικα Participium *convenientis rei* et *decorae* significatione solum dictum est. ὅταν ... τις δρᾷ τὰ μὴ προσεικότα Ph. 903. ὁθούνεκα ἔξωρα πράσσω κοὐκ ἐμοὶ προσεικότα El. 618. apogr. προσήκοντα, LA προσηκότα, ut Flor. Γ, ut fons corruptelae pateat.

Προσέρπω *adrependi* vel *subrependi* significatione proprie non dicitur, verum tralate de *insidiis*. τοὔργον δόλῳ προσέρπον OR 539. — *accedere* significat τύμβου προσεῖρπον ἄσσον El. 900. De *rebus futuris*: φοβοῦμαι τὸ προσέρπον Ai. 229 ch. de *poena imminente*: καὶ σοὶ προσέρπον τοῦτ' ἐγὼ τὸ φάρμακον ὁρῶ τάχα 1255. de *gravescente dolore*: προσέρπει, προσέρχεται τόδ' ἐγγύς Ph. 787.

Προσέρχομαι. ‖ Proprie *accedere* et *venire*: non legitur autem omnino nisi aoristus uno excepto exemplo. προσελθὼν σῖγα Ph. 22. γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι προσήλθεθ' ἱμείροντες OR 59. προσέλθετ', ὦ παῖ, πατρί OC 1104. κἀπεὶ προσῆλθεν 1631. πρόσελθε δεῦρο Ai. 1171. πρόσελθε Tr. 797. προσελθόνθ' ὧδε σὺν πολλῷ στόλῳ Tr. 496. προσελθὼν στῆθι πλησίον πατρός 1076. εἴ μοι πίστ' ἔχων τεκμήρια προσῆλθες El. 775. προσῆλθε μητρί inc. fr. 957. — ‖ Tralate de *ingravescente dolore*: προσέρχεται τόδ' ἐγγύς Ph. 788. (II p. 659, 3.)

Προσευρίσκω *reperio*. ὃν μόνον προσεῦρον πιστόν El. 1352. [Dind. προσηῦρον.]

Προσεύχομαι *precor*. μὴ νῦν προσεύχου μηδέν Ant. 1337.

Προσέχω. Transitive *admoveo* s. *adduco*. τίς σε προσέσχε, τίς προσήγαγεν χρεία; Ph. 236. — Intransitive *appello*: τίνι στόλῳ προσέσχες τήνδε γῆν; Ph. 244. Tricliniani γῆν cum πλέων quod deinceps sequitur coniungunt. — De προσέξουσ' Ant. 208. v. προύχω.

Προσηγορέω *alloquor*. οὐκ ἐμὸν τόδ', ἀλλὰ σόν, τὸ ταὔθ' ὁρᾶν τε καὶ προσηγορεῖν φίλως El. 1470. v. φίλως.

Προσήγορος. ‖ *alloquio compellatus*. τῷ προσήγορος; Ph. 1353. Schol. min.: τίς με προσαγορεύσει. Schaef. τοῦ coniiciebat mel. cr. p. 137. Sed *mutuum alloquium* indicari Buttm. vidit. τί δῆτ' ἐμοὶ ... προσήγορον ἔτ' ἔστ' ἀκούειν ἡδονᾷ, φίλοι; OR 1338 m. v. Herm. ὅπου θνητῶν φανοῦμαι μηδενὸς προσήγορος 1437. Sic elegantius explicabis πόλις δὲ Μυσῶν Μυσία προσήγορος Mys. fr. 360, 2. i. e. ὑπὸ Μυσῶν προσηγορεῖται Μυσία, non ut cognomen Mysorum significet necessario. Sunt qui Μυσίᾳ corrigant. — ‖ Sed active significat *alloquio compellantem* Ant. 1185: Παλλάδος θεᾶς ὅπως ἱκοίμην εὐγμάτων προσήγορος. Tricl.: προσήγορος καὶ συνόμιλος τῆς Παλλάδος, εὐγμάτων καὶ εὐχῶν, τουτέστιν ἵνα εὐχὰς αὐτῇ προσφέρω. Melius et brevius schol. vet. δι' εὐχῶν προσαγορεύουσα. Huc spectat Hesychii glossa προσήγορος, προσκυνητής.

[*Προσηκόντως fr. 206. libri Stobaei. Cf. Hesych. i. v. προσηκόντως: ὀφειλόντως. πρεπόντως. δεόντως. Alii codd. προσόντως. Nauck. coni. πρεπόντως. q. v.]

Προσήκω. ‖ *adsum*. εἴπερ ὡς φίλοι προσήκετε Ph. 229. οὕνεχ' ἡμῖν αἴσιος σκοπὸς προσήκεις OC 35. σμικρὸς προσήκεις ὄγκος El. 1142. — ‖ Impersonali modo dictum *convenire in aliquem*. Proxime a propria significatione abest εἰ δὲ τῷ ξένῳ τούτῳ προσήκει Λαΐῳ τι συγγενές OR 814. Both. probante Elmsleio Λαΐου. *si necessitudo cum Laio in eum cadit*: hinc οἱ προσήκοντες aliquando, apud alios quidem tragicos, *cognatos* significat. Inde ad *officium* indicandum traducitur: τῷ γὰρ προσήκει πλὴν γ' ἐμοῦ καὶ σοῦ τόδε; El. 909, item generatim dicitur οὔ σοι προσήκει τήνδε προσφωνεῖν φάτιν 1213. *tuum non est*. De Eriph. fr. 206. v. πρόσειμι, προσηκόντως, πρεπόντως. (II p. 660.)

Πρόσημαι *assideo*. ἡλίκοι προσήμεθα βωμοῖσι OR 15.

Προσθακέω *assideo*. τήνδ' ὁ προσθακῶν ἕδραν OC 1164. De casu quarto addito v. θοάζω et Abresch. ad Aesch. Ag. 673. Lob. ad Ai. p. 249.

Πρόσθε et πρόσθεν. De *forma* mirum est Lobeckii sententiam ad Phryn. p. 284. adeo non intellectam esse, ut Schaef. app. ad Dem. t. 2. p. 273. propterea quod scenicorum indubitata decurtatae scripturae exempla sint, eandem etiam prosariis redonandam putaret, reprehendens Lobeckium, qui πρόσθε ex Platone eximendum decreverat: Matthiae autem add. ad Eur. Androm. 54. t. 7. p. 507. eam Lobeckio rationem tribuit, quasi a veteribus illa abiudicanda sint, concedenda recentioribus, cum tamen tragicorum et Aristophanis multa certaque documenta constent. Sed poetae Attici maxime cum metro expediret πρόσθε dixerunt et similia; igitur sic potissimum, ut postrema vocabuli pars aut elideretur, aut in thesin parium trimetri sedium incideret. Quod si non fieret, nec ingratior sonus prohiberet aut caesura (velut πρόσθε νῦν ἴθι, quod vix πρόσθεν dici potuit Ar. Ran. 286.) productior forma praelata videtur, in eaque re etiam codd. non consentire quidem, sed inclinare tamen videmus. V. exempla a Lob. collecta et Elmsl. ad Heracl. 583. Idem Elmsleius tamen ν aliquando addi docet, cum versui noceat. De prosariis decretum suum copiose firmavit Lob. in diss. VII. Pathol. 2. p. 145—154. Soph. brevioris formae exempla sunt Ph. 958. OC 375. 394. 1375. 1549. OR 268. 1483. et cum elisione ultimae OC 1114. Tr. 1073. Ph. 778. Nec plus tribus exempla accedunt, πρόσθεν ante consonam positum referentia, El. 504. 918. Ant. 434. Horum El. 918. Flor. Γ. Ant. 434. LA πρόσθε exhibent. [cf. Lob. l. c. p. 151.]

Significationum ‖ prima *localis* Aristophani multo usu trita ap. Soph. *tralate* semel, *proprie* omnino non legitur. εἰ τοὺς ὄπισθεν εἰς τὸ πρόσθεν ἄξομεν Ai. 1249. *praeferemus*, *efferemus supra alios*, de laude victorum dictum. — ‖ De tempore maxime est *ante*, et sic dicitur explicatissime, ut aut *genitivus* sequatur, aut ἤ. ἐμοί τε καὶ τῷ πρόσθ' ἐμοῦ κεκτημένῳ Ph. 778. εἰ δὲ τοῦ χρόνου πρόσθεν θανοῦμαι Ant. 462. σχεδόν τι πρόσθεν ἢ σὺ τῆσδ' ἔχων χθονὸς

10. De *sermonis proprietate* haec praeterea adnotanda. In continuandis allocutionibus duabus alteri particulis καί et τε illatae modo additur *articulus*, modo non additur. ὦ φέγγος ὕπνου διάδοχον τό τ' ἐλπίδων ἄπιστον οἰκούρημα Ph. 867. ὦ Λημνία χθὼν καὶ τὸ παγκρατὲς σέλας 986. ὦ Πόλυβε καὶ Κόρινθε καὶ τὰ πάτρια λόγῳ παλαιὰ δώματα OR 1394. Contra vide haec. ὦ πατρῴα γῆ θεοί τ' ἐπόψιοι Ph. 1040. ὦ μέλαθρον ξύμφρουρον ἐμοί, Νύμφαι τ' ἔνυδροι λειμωνιάδες 1453 an. Hic addi quidem articulus non potuit, quod substantivum nomen adiectivo praepositum est; sed nec inverso vocabulorum ordine continuo adiicitur. ὦ τρεῖς κέλευθοι καὶ κεκρυμμένη νάπη OR 1398. ὦ πτανοὶ θηραὶ χαροπῶν τ' ἔθνη θηρῶν Ph. 1147 m. ὦ πατρῷον ἑστίας βάθρον, κλειναί τ' Ἀθῆναι Ai. 860. — Deinde notanda exempla ὦ cum singulari nomine verbo plurali illatum, aut hoc illi; v. Schaef. ad OC 1102. ἴωμεν, ὦ παῖ Ph. 533. ὦ φίλταται γυναῖκες, ἄνδρες αὐτίκα τελοῦσι τοὔργον· ἀλλὰ σῖγα πρόσμενε El. 1398. Hoc a dissidio locorum aliquid excusationis habet. ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον; OC 1102. προσέλθετ', ὦ παῖ 1104. ἐρείσατ', ὦ παῖ 1112. Communi sermonis serendi consuetudini tribuit schol. Arist. Plut. 66. Ita illud Philoctetae ὦ σχέτλι', ἦ τολμήσατ' ἀντ' ἐμοῦ τινὶ δοῦναι τὰ τεύχη τἀμά v. 369. Lobeckius intelligendum esse docuit ad Ai. 191. — Porro vocum cum ὦ compositorum *hyperbaton* advertendum. ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς OR 14. ὦ πληρέστατον αὔλιον λύπας Ph. 1087 m. — Inprimis autem lubrica quaestio est de *ὦ alloquendi formulis non addito*. Hanc tetigit, non explicuit Bernhardy Synt. p. 70. Falsum enim manifesto, levioris argumenti colloquiis apud tragicos omissionem particulae concedi, splendidiori orationi convenire potissimum. Longe enim rarius omittitur, quam additur, nec tamen saepius sesquipedalibus verbis, quam usitatis et modicis incessisse tragicorum sermonem dixeris. Ut familiaris quaedam et quasi domestica compellatio fuerit ἄνδρες, tamen eo humanitatis sensu Graeci erant, ut ὦ longe frequentius praemisso vel amicos et quotidiano usu cognitos quasi honestius appellarent. Tragicis autem inprimis metri ratio causa fuit, cur ὦ addere abstinerent. Eius rei id maxime documentum est, quod cum longe crebriore usu terantur ὦ πάτερ, ὦ τέκνον, ὦ γύναι, ὦ ξένε, in fine versuum, cum compellationis inferciendae necessitas esset, nec tamen ultra iambi pedis modulum progredi possent, γύναι, πάτερ, ξένε, ξένοι, τέκνον, τέκνα dixerunt. Cum extra iambici versus ultimum locum ὦ omittitur, triplex maxime faciendi causa est. *Prima*, cum non dedita opera colloquentes compellamus, sermoni praemittentes appellandi formulam, sed sermonem orsi quasi forte ad collocutorem compellandum convertimur; sic compellandi formula medio sermoni quasi παρενθέτως interponitur. ἀδελφή El. 461. ἄναξ Ph. 94. 150. OR 276. 698. OC 1759 an. Ant. 398. 766. 1091. Ai. 191 ch. 901 ch. ἄνακτες OR. 631. γύναι 700. 800. Tr. 230. 393. 880 ch. γυναῖκες Tr. 385. 673. φίλαι γυναῖκες Tr. 225. ξένε OR 957. OC 518 ch. 668 ch. 824. 877 ch. quod cum in vehementer commoto sermone insit, clare refutat Bernhardyi opinionem ὦ inprimis graviori et splendidiori orationi tribuentis. OC 1206. πάτερ Tr. 972. 1088.; utrumque commotissimae orationis est. 1203. OC 183. 332. τέκνον Ph. 130. 276. 466. 742. 745. 747. 805. OR. 1098 ch. OC 27. 845. Ant. 1023. Tr. 68. Ai. 809. 944. Quodsi aliquando *postposita* allocutio reperitur, videndum, nonne cum clamore sublato flat. Sic dicitur ἀφέλκομαι δύστηνος, ὦ ξένοι, ξένοι OC 844. Quanquam saepe ad sensum nihil refert ὦ addatur nec ne. Quod non dicitur ὦνδρες ὤνθρωπε, raritas eiusmodi apud tragicos crasium causa est. Contra in ea sermonis conformatione non potuit dici aliter ac προσέλθετ', ὦ παῖ et ἐρείσατ', ὦ παῖ OC 1104. 1112. ἴωμεν, ὦ παῖ Ph. 523. *Altera* causa est, quod vocabulum cum ὦ coalescens initio versus positum sic nimio pondere praeditum quam pro gravitate sententiae videretur. Hoc in unum ἄναξ cadit: OR 85. OC 629. 1505. Ant. 223. 278. 388. 724. *Tertia* eaque latius ceteris patens ratio illa est, quod poetae voce quidem elatiore alloquendi provinciam particulae ὦ mandarunt, sed quando *precibus instandum*, *minitatione terrendum*, *amica admonitione castigandum*, *indignabundi* aut *repente territi vox promenda esset*, illa abstinuerunt libenter. μή, δέσποθ', ἱστόρει πλέον OR 1165. ἀλλά μοι, θεαί, βίου ... δότε πέρασιν OC 101. ἔξελθε, τέκνον Ant. 1230. — ἄνθρωπε, μὴ δρᾶ τοὺς τεθνηκότας κακῶς Ai. 1154. quamvis ὤνθρωπε, Flor. Γ. LA. Melius alii cum Eust. p. 681, b. ἄνθρωπε, cf. Herm. — ἀλλ' ἔχε, τέκνον, φροντίδας νέας Ph. 210 ch. ἀλλά, τέκνον, τάδε μὲν θεὸς ὄψεται 843 ch. Impatiens urget chorus, ut cum armis clam abire Neoptolemus velit. γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει Ai. 293. τέκνον, δορὶ βούλου κρατεῖν μέν 764. Prudenter admonet Aiacem Peleus; at indignabundus ille πάτερ, θεοῖς μὲν κἂν ὁ μηδὲν ὢν ὁμοῦ κράτος κατακτήσαιτο 767. Addo alterum indignationis exemplum. τοιαῦτα, μῆτερ, πατρὶ βουλεύσασ' ἐμῷ ἐλήφθης Tr. 807. Redeo ad monitionem. οὔ τοι σοὶ μούνᾳ, τέκνον, ἄχος ἐφάνη El. 153 ch. σίγα, τέκνον Tr. 974 an. πάτερ, ἐμὸν τόδε OC 197 m. Sic iturum Oedipum monet Antigone, ut ductum suum exspectet. τί δρᾷς, ξένε; 829. μόνον, ξέν', εἴπερ κεῖνος ὧδ' ἐλεύσεται, μηδεὶς κρατείτω τῆς ἐμῆς ψυχῆς ποτέ 1206. *hoc tibi curae cordique esse volo.* εὐβουλίας δεῖ, παῖ Μενοικέως Κρέον Ant. 1098. ὅσον γ', ἄναξ, τάχιστα 1103. *Hortandi* inest adsignificatio: οἴκτειρ', ἄναξ Ph. 507 ch. μὴ δῆτα, τέκνον 1367. πιθοῦ θελήσας φρονήσας τ', ἄναξ OR 650. πάτερ, πιθοῦ μοι OC 1181. θάρσει μοι, θάρσει, τέκνον El. 173 ch. σήμαινε, τέκνον Οἰνέως Tr. 598. *Mirandi* significationem haec habent. τέκνον, τίνος φώνημα; 1295. Et cum *terrore* quodam miratio coniuncta dicitur: γυναῖκες, ὡς δέδοικα Tr. 663. Haec repente domo prosiliens Deianira dicit; re minime exspectata commotus chorus respondet τί δ' ἐστί, Δηάνειρα, τέκνον Οἰνέως; v. 665. Non minus novum acciderat Antigonae, quod Oedipus tam sollicitus de Theseo vocando esset; qua de re quaerit πάτερ, τί δ' ἐστὶ τἀξίωμ', ἐφ' ᾧ καλεῖς; OC 1459. Sic cum ingruente tempestate Iovem invocasset ὦ μέγας αἰθήρ, ὦ Ζεῦ OC 1471., repentino fragore in ipso cantu interpellatus, carmen chorus ita finit: Ζεῦ ἄνα, σοὶ φωνῶ 1485 an.

Anxietatem etiam produnt haec: θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ OC 170 an. τέκνον ἰώ μοι, τί γεγώνω; 213 m. τί πάθω, τέκνον ἐμόν; 216 m. θύγατερ, τί ποτ' αὐτίκα κύρσει; 225 an. *Gaudium insperatum:* τέκνον, πέφηνας; 328. Est etiam, ubi *ipsum nomen cum clamore doloris pleno* proferatur; quo facto non opus est ὦ. ὦ τάλαιν' ἐγώ· Ὀρέστα φίλταθ', ὥς μ' ἀπώλεσας θανών El. 807. Sic intelligendum παῖ παῖ Tr. 1023 m. si recte sic ex LA Hermannus: v. παῖς. [Dind. dedit ὦ παῖ.] Denique ignotus adveniens nuntius sermonibus aliorum se inserens iure dicit ξέναι γυναῖκες El. 660.; verum cum Clytaemnestram adesse audivit ad consalutandam conversus ὦ χαῖρ', ἄνασσα v. 666.

11. De scriptura agendum horum versuum. In El. 121 ch. LA ἰὼ παῖ, παῖ, Turnebus ὦ παῖ, παῖ aptius. Contra ὦ delevit Hermannus Tr. 1023., cum LA ὦ παῖ παῖ habeat [alterum παῖ delevit Dind. c. Seidlero]. Sic contra libros ὦ deleverat Erf. in OR 1089 ch.; adiecit idem in ἰὼ Λαΐειον ὦ τέκνον 1216., quod ὦ Hermannus scribendo correxit. Ant. 1146 ch. Herm., nunc ἰὼ τῶν πῦρ πνεόντων, Dind. c. libris ἰὼ πῦρ πνεόντων. Quod v. 1289. legebatur, τί φῄς ὦ παῖ; τίνα λέγεις μοι νέον λόγον; neque sensu neque versu constante, eiectis verbis ὦ παῖ et λόγον Herm. constituit, v. ipsius annot. Saepius additum, quam omissum a librariis ὦ iure scribit Elmsl. ad Eur. Med. 134. In El. 807. ὦ τάλαιν' ἐγώ Br. Erf. Schaef. Dind. ex apogr.: Herm. non minus bene ὦ τάλαιν' ἐγώ ex LA. Quanquam ὤ reducendum videtur. (II p. 989, 17.)

῏Ω exlamatio inprimis *dolentis* aut *commiserantis*, de qua et ὦ discernenda Valcken. disseruit ad Theocr. Adoniaz. p. 403., Bast. ep. cr. p. 254. 272., Brunck. ad Ar. Lys. 836. Eccles. 160., et his omnibus antiquior H. Stephanus anim. in Lib. de dial. p. 52. Quanquam hi qualecunque genus exclamationis esset, acuendum aiebant, quae doctrina nunc paucos amatores habet, quia plerisque locis cum insit quaedam compellandi aut apud nos considerandi notio, non minus recte ὦ inflexum convenit. Solum per se positum uno Sophoclis loco legitur, isque unus est, quo ὦ scribi non recte videatur. ἰώ. ὤ ὤ. δύσμορος. ὤ ὤ OC 224 ch., quae Hermannus quaternis choreutis distribuit. Est autem ea in LA scriptura. Alii codd. bis ἰώ, ter ὤ, alii semel ἰώ, ter ὤ vel ὦ. [Dind. deleto ἰὼ dedit ὠώ .... ὠώ.] Cum *adiectivo* ὦ δύσμορος Ai. 374 m. ὦ μέλεος Ant. 1319 m. ὦ τάλας ἐγώ Ph. 744. Hermannus ὦ secundum Brunckium, et sic Flor. Γ. LA habere colligas. Contra eadem in exclamatione Ant. 1211 recte Herm. ὤ revocavit quod est in LA. Par causa erat OC 753., ubi omnes ὦ τάλας ἐγώ. Ita ὦ τάλας ἐγώ, τάλας 847., ubi ὤ quod est in LA conveniens est: Ai. 981. et ὦ [ὤ LA] τάλαιν' ἐγώ El. 807. V. supra in ὦ. Sic pleraque exempla iudicanda, quae in v. ὦ s. A. attulimus, ut Ant. 379. Ph. 178. 234. 530 etc., in quibus quod optimos sponsores habet retinendum est. (II p. 990, 2.)

῏Ωι doloris exclamatio *(vae)*. Gravius significat, quam οἴ, id quod non doloris modo sed etiam molestiae vel levioris indignationis indicandae est; talia autem in ᾤ non cadunt, quod semper *doloris*, nec fortuito et brevi tempore pungentis, sed *mordentis* et angentis indicio est. Et ᾤμοι quidem s. ὤμοι pronomen non esse disputavit Apollonius de pron. p. 42., v. οἴ. Verum ι adscribi non debere, non iniuria decreverunt multi docti, ut Blomf. ad Aesch. Agam 1314., aut ὤμοι aut οἴμοι scribendum affirmans, cu adversatur Reisigius enarr. OC p. 117. Dissensionem enim grammaticorum fuisse, quorum alteri adscriberent, alteri demerent ι, alteri ex οι productum ᾤ alteri ex ὦ interiectione ortum ὤμοι mutato ton putarent, intelligitur ex EM p. 618, 13. et 822, 34 Neque dissentio a Reisigio, in ea discordia libros sequendos videri; sed fatendum est ὤ non adscripto locupletiorem habere auctorem, quem ignorasse Reisigius videtur, Apollonium de pronom. p. 42. de adv. p. 536, 37., quem Etymologus p. 822, 34. ante oculos habuit, ubi exponit rationem qua ὤμοι per ἐπέκτασιν ortum ex οἴμοι esse sibi persuaserint. [Idem EM p. 618, 13. luculenter docet ὢ σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα. ὅθεν τὸ ὤμοι, ὅπερ οὐκ ἔχει προσγεγραμμένον τὸ ἰῶτα.] Et facilius sane quidem in id incidere potuerunt, ut ᾤμοι scriberent, cum ex Apollonio discatur fuisse Aeolicam interiectionem ᾠαί, in qua ι contractione inest ex ὠαιαί facta. Novae sententiae Elmsl. patronus exstitit ad OC 820., quamvis contra librorum fidem ᾤ s. ὤ ex tragicis exterminaturus (Homeri enim esse), et invecturus οἴ [quae antiquior videtur fuisse scriptura. Cf. Dind. ad El. 1416. ed. Ox. 3. Extat uno in apogr. Ai. 340. et in LA Tr. 972.]. Etiam in ea re a libris standum censeo. Igitur ὤμοι solum legitur El. 1415. 1416 (ὤμοι μάλ' αὖθις). Hermannus contra Apollonii praescriptum hic et aliis locis divisim scripsit. Ai. 233 an. 946 ch. Adscripto ι exstat in LA ᾤμοι Ai. 946 ch. sed adscripto a diorthota γρ. ἰώ μοι. OC 820. Tr. 971 ch. Ai. 205 ch. Ph. 1229. 1265. OC 529 m. 820. Brunckius οἴμοι dedit, quod οἰμώζειν dicatur, alias de eo verbo minime sollicitus. Additur *nominativus:* ὤμοι ἐγώ OC 216 m. ὤμοι τάλας Ph. 934. ὤμοι τάλαινα Ai. 340. Insuper adiicitur *genitivus* querendi causam reddens: ᾤμοι ἐγὼ σοῦ, πάτερ, ᾤμοι ἐγὼ σοῦ μέλεος Tr. 971. 972 m. ὤμοι δύσφρονος ἄτας OC 202 m. ὤμοι βαρείας ἆρα τῆς ἐμῆς τύχης Ai. 980. V. Intpp. Greg. Cor. p. 138. Lobeck. ad Ai. 1014. Deinde ὠμοιμοῖ legitur aliquoties; scribendum enim ita, siquidem οἰμοιμοῖ secundum Apollonii praecepta exarari oportet: v. οἴ. [Dind. ὤμοι μοι scripsit]. ὠμοιμοῖ Ph. 796. Omnes ὤ μοί μοι s. ὤμοι μοι vel ὑφ' ἕν, Ai. 610 ch. ἰώ μοι μοι Flor. Γ. ἰώ μοι μοί μοι LA. Ant. 1317 m. Additur genitivus. ὠμοιμοῖ κακῶν OC 982. LA ὤμοι μοί. — Praeterea pro ᾤμοι librorum ἰώ μοι Hermannus dedit OC 214 m., ἰώ Ant. 1341 m., aequandi numeri causa; pro οἴμοι Ai. 227 m. Flor. Γ. ὤ μοι, sicut idem pro οἰμοιμοιμοῖ Ph. 1086 m. ὤ μοι μοι habet [in LA est ὤι μοι μοι μοί]; ego aut οἴμοι scripserim et in antistropha αἰαῖ pro αἰαῖ αἰαῖ, aut, quod magis placet, hoc retento ἰώ μοί μοι. (II p. 991, 4.)

Ὠγύγιος *antiquissimus.* Θήβας τὰς ὠγυγίους OC 1770 an. De hac propria vocabuli vi v. Stanl. ad Aesch. Pers. 327. Spanh. ad Callim. h. Iov. 14. Burm. ad Ovid. Met. 3, 713. Tralate dictum σὲ δ', ὦ τέκνον, τόδ' ἐλήλυθεν πᾶν κράτος ὠγύγιον Ph. 142 ch. Recte schol. τοῦτο τὸ ἀξίωμα ἐκ προγόνων ἦλθεν εἰς σε. *Avitum* enim imperium Neoptolemo obtigerat. Musgrav. et Buttm. ὠγύγιον putabant dici adverbialiter.

῟Ωδε || *sic*, *ita*, rei gestae gerendaeve ordinem et rationem ponens; quae est antiquissima et sola Homerica significatio: v. Vett. Intpp. apud Lehrs. de Arist. p. 85 sqq. — εἴπερ ὧδ' ἔχει Ph. 116. ἐρῆ-

μον ὧδε κἄφιλον 228. *sic, ut videtis*, ne vertas *adeo*. μηδὲ κληδὼν ὧδ' ἔχοντος 255. ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ' ἐρῆμον 265. nisi id loci significans. τίνος γὰρ ὧδε τὸν μέγαν χόλον ... ἐγκαλῶν ἐλήλυθας; 327. *sic, ut facis*. πεισθήσομαι γὰρ ὧδε κἂξ Ἅιδου θανὼν . . . ἀνελθεῖν 624. *sic, si habet*. ἦ μ' ἔθηκεν ὧδ' ἄπουν 632. ὤλλυθ' ὧδ' ἀναξίως [ὠλέκεθ' ὧδ' ἀτίμως Dind. c. Erf.] 686 ch. ὤλλυτο ὧδε coniungenda. τί δὴ ποθ' ὧδ' ἐξ οὐδενὸς λόγου σιωπᾷς ...; 730. ἀλλ' ὧδ' ἔσει σιγηλός; 740. τλῆναί σ' ἐλεινῶς ὧδε τἀμὰ πήματα μεῖναι 870. ἐπεὶ οὐδ' ἂν ὧδ' ἔχοντ', εἰ μὴ δόλῳ (εἷλεν) 948. ὧδ' ἐρῆμος λειφθήσομαι 1070. τὸν Ἡράκλειον ἆθλον ἔμ' ὧδέ σοι οὐκέτι χρησόμενον τὸ μεθύστερον 1117 m. *ut feci adhuc*. [σύννομον ὧδε Dind. scripsit. Praestat ἄρθμιον quod v. s.] τίς ὧδ' ἐν αὔραις τρέφεται; 1160 m. ἥντιν' αὖ παλίντροπος κέλευθον ἕρπεις ὧδε σὺν σπουδῇ ταχύς; 1223. οὐ γὰρ ἂν χάρα πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε OR 83. γῆς ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης 254. ὥσπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες, ὧδ', ἄναξ, ἐρῶ 276. ὧδ' ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ; 336. ὡς φανέν γε τοὔπος ὧδ' ἐπίστασο 848. ποίαν δύναμιν ὧδ' ἔχει διπλῆν; 938. *talem, qualem dicis*. κἄθ' ὧδ' ἀπ' ἄλλης χειρὸς ἔστερξεν μέγα; 1023. ὧδε μέγα una notionem *adeo* efficiunt. ὡς μὲν τάδ' οὐχ ὧδ' ἔστ' ἄριστ' εἰργασμένα 1369. τοῦ με χρείας ὧδε λιπαρεῖς τυχεῖν; 1435. Non est *adeo*, sed *sic, ut facis*. ὧδ' ὁρᾶν 1482. ὧδε τηλικάσδ' ὁρῶν 1508. *eo statu*. οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις ὄμμασιν εἷρπον OC 146 an. οὐδ' ἂν ὧδ' ἐγιγνόμην κακός 272. ὥσπερ με κἀνεστήσαθ', ὧδε σώσατε 276. οὐδ' ὧδ' ἔχοντες 799. ὧδ' ἐπεισπεσών 915. ὧδ' ἐπαινῶν πολλά 1005. Cave coniungas ὧδε πολλά. ἐρῆμος ἔθανες ὧδέ μοι 1714 m. τίς ἄρα με πότμος *αὖθις ὧδ' ... ἐπαμμένει; 1716 m. [verba αὖθις ὧδ' delevit Dind.] τὰς πατρὸς ὧδ' ἐρήμας 1719 m. ποῖ δῆτ' αὖθις ὧδ' ἐρῆμος ἄπορος αἰῶνα τλάμον' ἕξω; 1735 m. *cum eo statu res nostrae sint*. ἦ κἀπαπειλῶν ὧδ' ἐπεξέρχει θρασύς; Ant. 752. ὧδ' ἐρῆμος πρὸς φίλων 919. ὧδ' ὡς ἔχω στείχοιμ' ἂν 1108. ὡς ὧδ' ἐχόντων 1179. Ant. 960. ἐπεὶ τίς ὧδε τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδεν; Tr. 139 ch. εἰ δ' αὐτὸς αὑτὸν ὧδε παιδεύεις 451. ἀλλ' ὧδε καὶ φρονοῦμεν 490. τὰν ὧδ' ἐπίδοιμι πεσοῦσαν αὔτως, ὧδ' αὔτως ὥς μ' ὤλεσεν 1039 m. ὧδ' ἄναρθρος 1103. ὧδ' ὁρᾶν φρονοῦντα 1231. *ea mente praeditum*. Quomodo Herm. ὧδε ὁρᾶν coniungere potuerit, nec video, et ipsa, quam apposuit, interpretatio eum redarguit. πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα; Ai. 40. μὴ δῆτα τὸν δύστηνον ὧδέ γ' αἰκίσῃ 111. *ἐχθρῶν δ' ὕβρις ὧδ' ἀτάρβητος ὁρμᾷ 196 ch. [deleto ὧδ' Dind. ὁρμᾶται scripsit]. ὡς ὧδ' ἐχόντων τῶνδ' ἐπίστασθαί σε χρή 281. οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν 378. ὧδ' ἀτώμενος 384. ἄτιμος ὧδε πρόκειμαι 427 m. Et ἄτιμος ὧδε et πρόκειμαι ὧδε coniungas licet. τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; 430. ἄτιμος ὧδ' ἀπόλλυμαι 438. οὐκ ἄν ποτε δίκην ... ὧδ' ἐψήφισαν 449. ὧδέ γ' Ἀτρείδας ἂν εὐφράναιμί που 469. *sic si faciam*. θεοῖς γὰρ ὧδ' ἔδοξέ που 489. ὡς ὧδε τοῦδ' ἔχοντος 964. σὲ δὴ τὰ δεινὰ ῥήματ' ἀγγέλλουσί μοι τλῆναι ὧδ' ἀνοιμωκτὶ χανεῖν; 1227. ποίου κέκραγας ἀνδρὸς ὧδ' ὑπέρφρονα; 1236. *non adeo superba*, sed *superba illa*. ἆρ' ὧδ' ... ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος, 1304. ὧδ' ἀναλγήτως 1333. ἐχθρὸν ὧδ' αἰδεῖ νέκυν; 1356. ὧδ' ἠνθισμένον El. 43. ὧδ' ὁ μῦθος ἑστάτω 50. τίν' ἀεὶ τάκεις ὧδ' ἀκόρετον οἰμωγάν 122 ch. ἐᾶτέ μ' ὧδ' ἀλύειν 135 m. ὧδε μὲν ἀεικεῖ σὺν στολᾷ 190 m. ὧδε, *qualem videtis*. ἀνάριθμος ὧδε θρήνων 232 m. ἡ δ' ὧδε τλήμων 275. Unum hoc exemplum est, quo ὧδε *adeo* explicari oporteat, etsi sunt alia, quibus possit; non tamen admittendum, nisi cum adiectivo iungatur ὧδε; verba enim eam significationem excludunt. εἴπερ ὧδε ταῦτ' ἔχει 315. εἰ δέ μ' ὧδ' ἀεὶ λόγοις ἐξῆρχες 556. ὧδε μ' αἰεὶ ζῶσαν 650. *ut nunc vivo*. τί δ' ὧδ' ἀθυμεῖς 769. ὧδ' ἔχων 789. ὧδ' ὀλωλότα 806. τίνος βροτῶν λόγον ἀκούσασ' ὧδε πιστεύεις ἄγαν; 883. ὧδε ἄγαν *adeo*. οὐ γὰρ ὧδ' ἄφρων ἔφυν 941. *sic, ut dicis*, i. e. non in id insaniae genus incidi. οὐ γὰρ ὧδ' ἄβουλός ἐστ' ἀνὴρ Αἴγισθος 964. τίς ἂν εὔπατρις ὧδε βλάστοι; 1081 ch. τί μοι ποτ' ... ὧδ' ἐπισκοπῶν στένεις 1184. τίς οὖν ἂν ἀξίαν ... μεταβάλοιτ' ἂν ὧδε σιγὰν λόγων; 1262 m. πολύστονον ὧδ' ἰδών 1275 m. ὧδ' ὅπως καὶ σοὶ φίλον, καὶ τοὐμὸν ἔσται τῇδε 1301. οὔτοι γένειον ὧδε χρὴ διηλιφὲς φοροῦντα ... γαστρὸς [μητρὸς Dind. c. Nauck.] καλεῖσθαι παῖδα fr. Synd. 148, 1. πόθεν πότ' ἄλυπον ὧδε εὗρον ἄνθος ἀνίαι; Dionys. 182, 1. τοῦ κέρδους ὧδ' ἀντέχεσθαι Creus. fr. 325, 2. λευκὸν αὐτὴν ὧδ' ἐπαίδευσεν γάλα Peliae fr. 433. τὰς ἀρύστεις ὧδ' ἔχουσ' ἐκώμασας inc. fr. 703, 2.—‖ Seorsim apponenda duo exemplorum genera, quanquam prioris ipsa quoque significationis documenta. Primum ὧδε sic dictum, ut *sermonem post secuturum praenuntiet*. ὧδ' ἠμείψατο Ph. 378. ἀλλ' ὧδ' ἄκουε El. 643. Deinde etiam *respicitur sermo iam absolutus*. ὧδ' ἦν τὰ κείνης θύματα El. 573. — ‖ Altera significatio principalis *loci indicandi* est: *huc*. ὧδ' ἐλήλυθα OR 7. ἄλλος δὲ Κάδμου λαὸν ὧδ' ἀθροιζέτω 144. τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ' ἄγουσιν 298. ἕπε' ὧδ' ἀμαυρῷ κώλῳ, πάτερ OC 182 m. προβᾶθ' ὧδε 841 ch. προβᾶθ' ὧδέ μοι 843 ch. τὰς κόρας γὰρ εἰσορῶ ... αὖθις ὧδε προσπολουμένας 1098. εἴπερ κεῖνος ὧδ' ἐλεύσεται 1206. ὁ ξένος . . . ὧδ' ὁδοιπορεῖ 1251. ἔνθεν μ' ὧδ' ἀνέστησεν μολεῖν 1286. ὧδ' ἕπεσθε 1542. τῇδ', ὧδε, τῇδε βᾶτε 1547. προσελθόνθ' ὧδε σὺν πολλῷ στόλῳ Tr. 496. ὅς σ' ὧδέ μοι προὔπεμψεν El. 1158. φιλτάταν ὁδὸν ἐπαξιώσας ὧδέ μοι φανῆναι 1274 m. Elegantius enim de adventu, quam de ratione facti dici videtur. A *motu* transfertur ad *coniectum oculorum*. βλέφ' ὧδε Tr. 402. ὧδ' ὁρᾷ πάλιν Ph. 935. *me adspicit*. ὧδ' ἐφάλοις κλισίαις ὄμμ' ἔχων Ai. 192 ch., nisi hoc *ut nunc est* significat.

'Ωιδή *cantus*. Verum non dicitur nisi de *flebili querimonia*. πολλὰς μὲν θρήνων ᾠδὰς ᾔσθου El. 88 an. ὀξυτόνους μὲν ᾠδὰς θρηνήσει Ai. 630 ch.

'Ωδίνω *angor*. Nec enim propria vi, nec quae propriae proxima est, dicitur Sophocli. ὥστε μ' ὠδίνειν, τί φῄς Ai. 794. Minus recte Brunck.: *ita ut anxie exspectem, quid afferas*, quod accuratius φήσεις dicendum erat; *quid dixeris* potius interpretandum, v. Lob. αἰὲν ὠδίνουσα συμφορᾶς βάρος Tr. 325. (II p. 993, 23.)

'Ωδίς proprie *partus dolor*. αὗται δὲ ... ματρὸς κοινᾶς ἀπέβλαστον ὠδῖνος OC 533 m. ὅρκοισι γάρ τοι καὶ γυνὴ φεύγει πικρὰν ὠδῖνα παίδων fr. inc. 671, 1. Tralate *dolorem animi penetrantem* significat. πλὴν ἐμοὶ πικρὰς ὠδῖνας αὑτοῦ προσβαλὼν ἀποίχεται Tr. 42.

'Ωθέω *trudo*. Proxime abest a propria vi οὓς νῦν σὺ ... ὠθεῖς ἀθάπτους Ai. 1307. Magis illud, cum de *pellendis relegandisve* dicitur. ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων OR 241. 819. ὠθεῖν ἅπαντας τὸν ἀσεβῆ 1382. ὠθούμεθ' ἔξω Ter. fr. 517, 7. de *enubente muliere*.

'Ωκεανός deus. Ἴναχε, παῖ τοῦ κρηνῶν πατρὸς Ὠκεανοῦ fr. Inach. 256, 2. Ἰδυῖα ... Ὠκεανοῦ τίκτει κόρη Scyth. 491.

Ὠκύαλος *mare celeriter pernavigans.* θοᾶν ὠκυάλων νεῶν Ai. 710. Non inesse tautologiam videbis, cum quid intersit inter *velocem* et *celerem* cogitaveris. cf. Lob. ad Ai. 807.

Ὠκύβολος *velociter missus;* an forte ὠκυβόλος *celeriter feriens?* ἐξ ὠκυβόλων τόξων πτηνῶν Ph. 710 ch. Priorem significationem scholiastes probare censendus, qui πτερωτῶν explicuerit.

Ὠκυπέτης *celeriter advolans.* ὠκυπέτᾳ μόρφ Tr. 1041 m. Tricl. ὠκυπέτῃ. De tono v. ὑψιπέτης.

Ὠκύπους *celeripes.* ὠκυπόδων ἐλάφων OC 1093 ch. ὅθ' ἱππικῶν ἦν ὠκύπους ἀγών El. 699.

Ὠκύς *celer.* ἴτ' ἆσσον ὠκεῖς Ant. 1215.

Ὠκυτόκος *celeriter pariens* s. *gignens*, *i. e. fecundans.* αἰὲν ἐπ' ἤματι ὠκυτόκος πεδίων ἐπινίσσεται στερνούχου χθονός OC 689 ch. sc. ὁ Κηφισσός. Schol. iunxit ὠκυτόκος πεδίων explicans ὠκυτόκα ποιῶν τὰ πεδία καὶ ἔγκαρπα, quae explicatio recte constabit, etsi necesse est cum recentioribus editoribus πεδίων στερούχου χθονός coniungi. Hermannus autem ὠκύτοκος scripsit, Strabonem testem adhibens, qui dicat χειμαρρώδης τὸ πλέον (ὁ Κηφισσός), θέρους δὲ μειοῦται τελέως. At neque Sophoclis aetate, montibus nondum plane silvestri vestitu privatis, talem fuisse Cephissum verisimile est (cf. Platonem in Critia p. 111, c.) nec convenit haec natura in flumen campos irrigando fecundans; imaginem autem uberrimi arvorum fetus toto carmine Soph. persequitur. [Ex adcurata illorum locorum cognitione quid de hoc attributo statuerit E. Curtius videre licet in annal. Fleckeis. 67. p. 96.]

Ὠλένη *ulna*, *brachium.* ἐκ δ' ἐλώπισεν πλευρὰν ἅπασαν ὠλένην τ' εὐώνυμον Tr. 926. τρίψει μαλθακῆς ὑπ' ὠλένης Pand. fr. 429, 2. — De tono v. Arc. p. 111, 8. (II p. 994, 17.)

Ὤλενος urbs. Ὠ.: πόλις Ἀχαΐας, καὶ Αἰτωλίας, θηλυκῶς λεγομένη. Σοφ. ἐν Ἵππον. (fr. 285.) ἐκ Ὠλένου γῆς φορβάδος κομίζομαι Steph. Byz. — Accentum docet Herod. π. μ. λ. p. 8, 31.

Ὠμηστής *crudivorus.* ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν Ant. 697. — Acuebat Aristarchus, quem vulgo secuti sunt, non tamen, ut non alterius pronuntiationis in libris hic illic vestigia compareant (v. Lehrs. de Arist. p. 311.): penacute scribebat Tyrannio, schol. Il. λ. 454.; ubi pro σύνθετον ἐκδεχόμενοι τὴν λέξιν scribendum ἐκδεχόμενος, nam si Aristarchus ipse quoque compositum vocabulum putasset, non defendisset acutum in ultima. Fateor autem, quomodo ὠμηστής cum ὀρχηστής componi et παράγωγον, non σύνθετον haberi possit, quod vult schol. Il. χ. 67., me non dispicere; idque sensisse is videtur, qui ad λ. 454. haec adscripsit: ἄμεινον δὲ λέγειν, ὅτι τὰ εἰς στης λήγοντα, τῷ η παραληγόμενα, ἔχοντα πρὸ τοῦ τ τὸ σ, ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὄντα ὀξύνεται. Regulam enim ex usu deprómptam fallacibus originationibus opponebat.

Ὠμοβρώς *crudivorus.* ὠμοβρὼς ἐδαίσατο τὸν Ἀστάκειον παῖδα Synd. fr. 153, 5. sc. ὁ Τυδεύς.: in libris Herod. π. σχημ. t. 2. p. 94. Villois. est ὠμόβροτα, ὠμοβρότως, ὠμοβρῶτα. nescio an praestet ὠμοβρῶτ' ἐδαίσατο scribi. — De tono v. ἀγνώς.

Ὠμόθυμος *dure animatus.* τὸν ὠμόθυμον ... πλαζόμενον λεύσσων (Αἴαντα) Ai. 885 ch.

Ὠμοκρατής. ὁ δεινὸς μέγας ὠμοκρατὴς Αἴας Ai. 205 an. Schol., quem exscripsit Suid. v. ὠμοκρατής, haec habet: ὁ δυσπέπαντον καὶ αἰτιώνυμον ἔχων πάθος. ἢ ὁ ὠμὸς καὶ καρτερικός. ἢ ὁ ὑπὸ ὠμότητος κεκρατημένος. ἢ ὁ γενναῖος, ὁ καὶ τῶν ὤμων κρατεῖν δυνάμενος. Harum ultimam interpretationem veram esse puto. [*viride et cruentum robur* M. Seyff., *asperrima superans* G. Wolff., *validus humoris* Weismann. in Progr. Gymn. Fuld. 1852. p. 35.]

Ὦμος *humerus.* κἀμὲ ... φέρων ἐπ' ὤμοις Tr. 564. οἷον ... καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐρινύων ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον 1051. ἐπ' ὤμων πατέρ' ἔχων Laoc. fr. 342, 2. ὤμοις ἀθηρόβρωτον ὄργανον φέρων Niptr. fr. 404. ποδαπὸν τὸ δῶρον ἀμφὶ φαιδίμοις ἔχων ὤμοις ib. 403. — Tonum notavit Apoll. de adv. p. 537, 24. (II p. 995, 8.)

Ὠμός. A prima *crudi* significatione transfertur ad *crudelia* significanda. ἀπ' ὠμοῦ δαίμονος OR 828. [cf. ὠμοὶ μιάστορες Eurip. Med. 1372. ὠμοφρόνως δαίμων ἐπέβη Aesch. Pers. 911.] Sic intelligendum στεφανωσαμένη ... πλεκταῖς ὠμῶν σπείραισι δρακόντων Rhizot. fr. 480, 7., quae aliquantum depravata leguntur apud schol. Apoll. R. 2, 1213. Item *dura* et *aspera.* δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς τῆς παιδός Ant. 471. αὐτίκ' ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς δεῖ πωλοδαμνεῖν Ai. 548. — Accentum docet ab ὦμος distinguens EM p. 822, 30.

Ὠμόφρων *crudelis.* τῆς ὠμόφρονος Χρύσης Ph. 194 an. *offeratus.* τοιά μοι ἀνεστέναξες ὠμόφρων ἐχθοδόπ' Ἀτρείδαις Ai. 931 ch. πατρὸς ὠμόφρονος Tr. 975 an. ἐκ τῶν ὀδυνῶν ἠγριωμένου schol.

Ὠνή *mercatus.* ὠνὴν ἔθου καὶ πρᾶσιν inc. fr. 756, 1.

Ὠνητός *emtus.* ἦ, δοῦλος οὐκ ὠνητός, ἀλλ' οἴκοι τραφείς OR 1123.

Ὤρα *cura.* ὡς ἐμοῦ θεοὺς ὤραν τιν' ἕξειν OC 386. Illustravit hanc et similes locutiones Valck. ad Herod. 3, 155, 6. εἰ πατρὸς νέμοι τίν' ὤραν τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν Tr. 57. Tonum generis ostendit EM p. 823, 20.

Ὥρα *tempus.* Universe dictum τὰν ἀνθρώπου ζοὰν ποικιλομήτιδες ἆται πημάτων πάσαις μεταλλάσσουσιν ὥραις Ter. fr. 519, 3.; nullum enim tempus ab insidiis Fortunae liberum dicitur. Sed *annuum tempus* significatur περιτελλομέναις ὥραις OR 156 ch. Est enim Homericum περιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς. *Diei* s. *noctis tempus certum:* ἀσάλπιγκτον ὥραν· τὸ μεσονύκτιον. ἑσπέρας γὰρ καὶ ὄρθρου ἐσάλπιζον. Σοφ. Λημνίαις (fr. 351.) Hesych. Sed καιρός dicitur: ὥρα τίν' ἤδη ... ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι Ai. 245 ch. ὥρα νιν ... φυγᾷ πόδα νωμᾶν OR 467 ch. — Accentum accurate docet EM p. 823, 20.

Ὡραῖος *tempestivus.* πηλαμὺς ... ὡραία θέρους τῷ Βοσπορίτῃ Past. fr. 446, 2. *aestas* capiendarum et condiendarum πηλαμύδων *tempus opportunum* dicitur. (II p. 996.)

[Ὡρακιάω *mente privor.* ὡρακιᾶσαι λέγεται τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριᾶσαι, ἀπὸ τοῦ τὴν ὥραν αἰκίζειν. τοῦτο δὲ Σοφ. εἶπεν ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ (fr. 115.) ap. Schol. Aristoph. Ran. 484.]

[Ὠρειθυῖα n. pr. Sophoclis fabulae sic inscriptae feruntur duae particulae fr. 654 sq. Dind.]

Ὡς praepositio idem quod εἰς significans vel πρός, *ad*, *in.* θυραῖος ἦλθεν ὡς ὑμᾶς Tr. 533. ἔλθετε ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας OR 1481. Priorem illam sententiam solam norat Valck. ad Phoen. 1409., semel ὡς pro πρός dictum Sophocli affirmans; quin altera Hermannum etiam fugerat

d Tr. 366., ubi cum legatur ἥκει δόμους ὡς τούσδε τέμπων οὐκ ἀφροντίστως ... οὐδ' ὥστε δούλην (Ἡρακλῆς τὴν Ἰόλην) notissimum Atticistarum praeceptum nanifesto violari puto, nec Hermannum sequor, ὡς recte dici arbitrantem, cum locus dicatur pro illis qui liquo loco sunt. Neque enim *ad domum (zu dem Hause)* mitti dici concedo, qui ad eos mittantur, quorum domus est, nec quomodo ἥκει δόμους ὡς τούσδε ad Herculem proxime rediturum referri non possint, intelligo. Nam Atticistas omnia complecti, um probatissimorum auctorum usum consectari solerent, non potuisse consentaneum est, nec apud optimos optima omnia esse; quod eos responsuros credo llis fuisse, qui contraria exempla collegerunt, quorum nomina Apitz. coacervavit. Ceterum de ὡς praepositione adhuc optime disseruit Doederl. *Philologische Beiträge aus der Schweiz* p. 303., isque ostenit quatenus Atticistae recte an secus decreverint. r. Erf. Schaef. ἐς correxerunt. (II p. 996, 15.)

Ὥς i. q. οὕτως *sic*. ὥς τις ἀκτὰ ... κλονεῖται, ς καὶ τόνδε ... ἆται κλονέουσιν OC 1242 ch. ὥς ἅμ' ἐπαυχῶ τῆσδε τῆς φήμης ἄπο δεδορκότ' ἐχθροῖς άμψειν ἔτι El. 65. [Dind. ὡς cum libris.] Recte ensisse puto Brunckium ὥς Sophocli restituentem. ermannus ὡς defendit, *qui* et *quomodo* etiam Latiis significantius poni a principio orationis affirmans; quo dissentio, cum significantius esse non possit, uod vinculum sententiarum mere dialecticum et forale est: quare sicubi *hic*, *ille*, *talis*, *tantus*, *hoc odo* cum vi pronuntianda sunt, subrogari *qui*, *qua-*, *quantus*, *quomodo* minime possunt. [ἐχίδνης ἰὸς ; ἐδαίνυτο Tr. 771. Dind. c. Wakef. Libri ὡς. — εστέναξε ταῦρος ὥς βρυχώμενος Ai. 322. ex LA nd.: ὡς apogr. pleraque.] quae eadem ratio est in φῇ σίδηρος ὥς ἐθηλύνθην 651. σφαδάζεις πῶλος ; εὐφορβία fr. inc. 727, 1. [ut est in libris Plut. r. p. 280 f.] Similis ratio, quanquam minus gra- necessitas est El. 1085 ch.: ὥς καὶ σὺ πάγκλαυον αἰῶνα κοινὸν εἵλου. Tricl. ὥστε καί. Sed fortior t sententia adscito ὥς et distinctione maiore post παῖ παῖ posita. — οὐδ' ὥς ... ἐγὼ θάπτειν παρήσω νον Ant. 1042. LA ὡς. — De accentu v. Eust. 429, 33. [Lehrs. quaestt. epic. 63. adnot.]

Ὡς adverbium pronominis relativi saepe coniunnis naturam induens. In adumbrando eius ap. ph. usu sequor praestantissimi viri Schaubii doctrin Passovii lexico v. ὡς inclusam. —.— Ὡς adverm natura sua non tam *subiectam*, quam ad *praeatam* notionem spectat. *Praedicatam* tamen notiom cum *ipsam* spectat, tum *obiecto tenus* illi adcto et ab ea pendente. (II p. 997.)

I. Ὡς *ad praedicatam notionem relatum*

1. ita reperitur, ut *res duae eadem ratione conratae iuxta ponantur*, altera ut alteri conferatur, i *enuntiata* nascuntur *comparativa*. (Latini *sicut* unt). Usitatissimum est, cum nomina subiectorum s gerunt. οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων ὡς ποιμὴν οβότας Ph. 214 ch. παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας ch. ἴσως ὡς ἐξεπλήσθη 759. ὥς τίς τ' Ἀΐδᾳ κείμενος ὁρᾷ 861 ch. ὡς λέοντε συννόμω φυλάσετον 1436. ἐκπεπληγμένον κεῖνον βλέποντες, ὡς ερνήτην νεώς OR 923. αἰετὸς ἐς γῆν ὡς ὑπερέπτα A. 113 an. [Dind. delevit ὡς sec. Herm.] ὡς ν' ὑφειμένη ... μ' ἐξέπινες 531. τάν, κισσὸς ὡς ῆς, πετραία βλάστα δάμασεν 826 m. ἐχθροῖς σιον ὡς λάμψειν ἔτι El. 66. μὴ οὐ, τεκνολέτειρ' ις ἀηδὼν ... προφωνεῖν 107 an. πρέπει γὰρ ὡς τύραννος εἰσορᾶν 664. ἐχίδνης ἰὸς ὡς [ὥς Dind. c. Wakef.] ἐδαίνυτο Tr. 771. προὔκλαιον, ὀξύφωνος ὡς ἀηδών 963 ch. ὡς φίλου προκηδομένα 966 ch. φώνημ' ἀκούω χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς Ai. 17. πεφόβημαι, πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας 140 an. ἄξας ὀξὺς νότος ὡς, λήγει 258 an. ταῦρος ὡς βρυχώμενος 322. βαφῇ σίδηρος ὡς, ἐθηλύνθην 651. [utroque loco ὥς Dind. ex LA.] μή τις, ὡς κενῆς σκύμνον λεαίνης ἀναρπάσῃ 986. ὀξεῖα γάρ σου βάξις ὡς θεοῦ τινός, διῆλθ' Ἀχαιούς 998. ἀσπὶς μέν, ἡμῖν, λίγδος ὡς, πυκνομματεῖ fr. Capt. 33. τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ fr. Acris. 64. κυκλισθεὶς ὥς τις ὄνος ἰσοσπριος Coph. 334. πεφραγμένον, ὡς ἀσπιδοῦχος Naupl. 376, 1. βλέφαρα κέκληται γ', ὡς καπηλείου θύραι Phin. 635. σφαδάζεις πῶλος ὡς [ὥς libri Plut. Mor. p. 280 f.] inc. 727, 1. ὠνὴν ἔθου ὡς Φοῖνιξ ἀνὴρ inc. 756, 1. *Pronomina* subiecti vices gerunt: ὡς κἀγώ Ai. 525. ὡς ἐγώ OR 60. 583. Ant. 463. Lemn. fr. 352. οὐχ ὡς γ' ἐκείνῳ τῇδε τ' ἦν ἡρμοσμένα Ant. 570. Nec semper exprimitur subiecta notio. ὡς ἐφίετο El. 51. ὡς σὺ προὐξεφίεσο Tr. 759. δύρομαι γὰρ ὡς περίαλλ' ... ἐκ στομάτων OR 1218 ch. ὡς εἰκός Ph. 498. El. 1140. = οὕτως, ὡς εἰκός. ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν δέχεσθαι τὸν ἱκέτην OC 486. ἴθ', ὡς ἄνωγα, σὺν τάχει 904. φανεὶς δύστηνος, ὡς ἐγὼ 'φάνην 974. θεοὶ πόροιεν, ὡς ἐγὼ θέλω 1124. τήνδ' αὐτός, ὡς θέλεις, λαβὼν καὶ κρῖνε κἀξέλεγχε Ant. 398. ὡς εἴρηκ' ἐγώ 886. τόδ' ἄγγος, ὡς ἔχει, δεῖξαι Tr. 623. ὡς δάκνει 1117. ὡς ἔχεις 1234. ὡς κυρεῖς ἔχων Ai. 87. ὡς ἐφάσκετο Ph. 114. κοὐκ αἰτιῶμαι κεῖνον, ὡς τοὺς ἐν τέλει 385. καί σε δαίμονες νόσου μεταστήσειαν, ὡς αὐτὸς θέλεις 463. βᾶθί νυν ... ὥς σε κελεύομεν 1196 m. ὡς ναοφύλακες ... πλήκτροις ἀπευθύνουσιν οὐρίαν τρόπιν Synd. fr. 151, 1. *ὡς κόρην Πλευρωνίαν ὑπημβρύωσεν inc. L 3. Brunck. [quod est Pseudosophocleum v. s. βαθμός.] — Accuratius comparationis vinculum et quasi nexus declaratur, cum οὕτως vel ὧδε ad ὡς respondent. κἀνακωκύει πικρᾶς ὄρνιθος ὀξὺν φθόγγον, ὡς ὅταν ... ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος· οὕτω δὲ χαὐτή ... ἐξῴμωξεν Ant. 426. ὡς τὸ θεῖον ἦν πρόφαντον, οὕτω ζῶντά μ' ἔκτεινεν θανών Tr. 1162. — ὧδ' ὡς ἔχω στείχοιμ' ἄν Ant. 1108. τλάμων ὅδ' ... ὥς τις ἀκτὰ κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖται, ὡς [ὥς Dind. c. Brunck.] καὶ τόνδε κατάκρας ... ἆται κλονέουσιν OC 1242 ch. — οὕτως, ὡς κείνῳ δυστάνῳ (μόρος ἔφυ) El. 862 m. — αὔτως, ὥς μ' ὤλεσεν Tr. 1039 m. Huc adnumeranda formula ἔγημεν ὡς ἔγημεν Troil. fr. 548, 1., de qua v. ὅπως. (II p. 998, 7.)

2. Inde proxime abest *enuntiatio relativa proprie dicta*, sive *interrogatio* quaedam *oblique proposita* (*quomodo* et *quantopere* Latini dicunt pro sententiae indole). πῶς ἂν ὑμὶν ἐμφανὴς ἔργῳ γενοίμην, ὥς μ' ἔθεσθε προσφιλῆ Ph. 532. ὥς με καὶ μάθῃς ... ὥς τ' ἔφυν εὐκάρδιος 534. ὡς δ' οἶδα ταῦτα τῇδ' ἔχοντ', ἐγὼ φράσω 1336. οἶσθ', ὦ ξέν', ὡς νῦν μὴ σφαλῇς; OC 75. οἶδα ὡς ἐπαιδεύθην ξένος 562. ἠπιστάμην, ξένον παρ' ἄστροις ὡς διαιτᾶσθαι χρεών 928. ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδ' εἷρπε, καὶ σύ που παρὼν ἔξοισθα 1587. φρόνησον, πατὴρ ὡς νῷν ἀπεχθὴς δυσκλεής τ' ἀπώλετο Ant. 50. ὡς δ' ἐγὼ θυμοφθορῶ μήτ' ἐκμάθοις παθοῦσα Tr. 143. ἐξεπίστασαι ... ὡς ἔχοντα τυγχάνει 625. προσβλέπειν ... ὡς ἔχων κυρεῖ Ai. 347. μαθεῖν ἐμὲ πρὸς τῶν Ἀτρειδῶν ὡς διόλλυμαι τάλας 838. ἄκουσον ὡς ἐρῶ OR 547. κάλλιστ' ἂν εἴποι σὴ γυνὴ τάδ' ὡς ἔχει 1172. θαυμαστὰ γὰρ τὸ τόξον ὡς ὀλισθάνει inc. fr. 963. Exempla, quale postremo

loco allatum est, viam faciunt ad recte intelligendas eiusmodi locutiones, quales sunt θαυμαστὸν ὡς s. ὅσον, *mirum quantum*, relativo a verbo segregato: v. Wyttenb. ad Plat. Phaedr. p. 251. Herm. ad Vig. p. 721. Hinc per transpositionem effectum οἶσθ' ὡς ποίησον; OR 543. i. e. ποίησον, οἶσθ' ὡς; — Adde οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς Ant. 750. οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ θεῶν του μελέτη Ph. 196 an. Adde pauca illa, in quibus ὡς ἄν cum coniunctivo significat *utcunque* s. *quomodocunque*. παῦλαν ἴσθι ... μή ποτ' ἐντυχεῖν (ἂν τυχεῖν) ὡς ἂν αὐτὸς ἥλιος ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν Ph. 1330. Erf. cum Brunckio ἔς τ' ἄν, *donec;* bene autem vulgatum defendit Herm., nec solitarium est. τοῦ δὲ σοῦ φόρου οὐκ ἂν στραφείην, ὡς ἂν ᾖς οἷός περ εἶ Ai. 1117. Hic iam veteres de tempore significando cogitarunt, quandoquidem ἕως adscriptum in libris nonnullis. Planissima autem sententia est ὡς ἂν ποιήσῃς, πανταχῇ χρηστός γ' ἔσει Ai. 1369. Et tamen hoc convellere studuit Wex. ad Ant. t. 2. p. 116., cum ὡς ἂν *dummodo* significare argumentis ineptissimis probare nititur; idem ὡς pro ἕως dici voluit quidem, sed non potuit demonstrare.

3. Proximum est ὡς in *enuntiatis adverbialibus* et ita insertis verborum tenori, ut rem primaria sententia comprehensam aliquo modo restringant nec universe valere sinant *(Zwischensätze)*. Latinis scriptoribus eo sensu dicitur *ut*, *quantum*, *quantum quidem*. Ap. Soph. non videris alium modum, quam *indicativum* adiungi. ὡς ἀκούεις OC 194 ch. ὡς ἀκούω 527 ch. ὡς ἐγὼ κλύω El. 566. Tr. 72. ὡς τὸ σὸν ξυνῆκ' ἐγώ Ai. 99. ὡς ἐγὼ λέγω 107. ὡς ὁρᾷς El. 1114. Tr. 365. ὡς πάρεσθ' ὁρᾶν Ph. 1420. ὡς σὺ φῄς Ai. 1234. Ph. 1028. OC 940. ὡς φῂς σύ Ant. 706. ὡς αὐτὸς λέγεις fr. Alet. 91, 1. — ὡς δύνασαι Ai. 1164. ὡς αὐτὸς λέγει Tr. 253. ὥς φησ' αὐτός Tr. 249. — ὡς λέγουσιν Ph. 335. OC 1161. Ant. 23. ὥς φασιν Ph. 89. OC 415. — ὡς ἔφη λέγων Ai. 757. ὡς ἔφασκεν OR 114. ὡς τὸ Πυθικὸν θεοῦ μαντεῖον ἐξέφηνεν 242. ὡς ηὐδᾶτ' ἐκεῖ 940. μενεῖν δόμοις ἀραῖος, ὡς ἠράσατο 1291. ὡς καθ' ἡμᾶς ἔσθ' ὁ πληθύων λόγος OC 377. ὡς ἐμοὶ δοκεῖ Ai. 1157. ὡς μὲν σοὶ δοκεῖ OR 435. ὡς ἔοικας El. 516. Tr. 1241. ὡς ἔοικεν El. 765. 772. 1116. 1341. Tr. 1238. Ai. 334. 1139. Ph. 403. OR 962. 1160. OC 1249. 1262. Ant. 576. 740. ὡς εἰκὸς ἦν Ph. 361. ὡς εἰκός Ph. 498. El. 1140. ὡς χρῆν Tr. 1133., quanquam hoc non minus bene enuntiatis comparativis adnumerabitur. Adde omissi verbi substantivi exempla ὡς φάτις ἀνδρῶν Ant. 828 m. Sed ὥς σοι θυμός El. 1319. rectius comparative dictum habebitur. Deinde sic intelligi licet *infinitivi* cum ὡς dicti exempla, nisi ad consequentium ex aliqua causa significationem ea trahere velis. ὡς ἀπεικάσαι Tr. 141. OC 16. ubi alii ὡς σάφ' εἰκάσαι praeoptant. Etiam hoc intelligi licet ita: τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα τῶν Ἡρακλείων ἐκτελευτᾶσθαι πόνων, ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε ... ἔφη Tr. 171. *quantum quidem vaticinatam quercum aiebat;* s. *quemadmodum vatem cecinisse aiebat.* (II p. 999, 26.)

4. Idem genus sententiae breviatur. Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτός, ὡς ἐμοί, ποτέ Ant. 1161. Aliquid differt hinc sensu ἔρεβος ὦ φαεννότατον, ὡς ἐμοί Ai. 995 m. V. Valck. ad Eur. Hipp. 324. Heind. ad Plat. Soph. p. 336. Neque vero δοκεῖ subaudiendum censeo, quod pluribus visum, sed ὡς explico *quantum*, s. *quod quidem*, quo facto dativus a verbo pendet, ὡς ἐμοὶ ζηλοῦσθαι, ὡς ἐμοὶ φαεννὸν εἶναι.

5. Deinde cum *adverbiis* et *adverbialiter dict[...]* ὡς consociatur. Eius autem vinculi varia ratio es[...] Alia enim comparativam sententiam referunt, [...] commode subaudias οὕτως. ὡς ἠπίως ἐννέπειν E[...] 1439 ch. Hermannus *quasi leniter* interpretatur, n[...] improbo; male schol. λίαν πράως: est autem, οὕτω[...] ὥστε ἠπίως εἰρημένον δοκεῖν, *sic, ut leni animo lo[...] quenti convenire videatur.* ἤγγειλαν ὡς ἐτητύμω[...] 1452 i. e. οὕτως; ὥστε ἐτητύμως ἀγγελθέντα δοκεῖ[...] τοίγαρ σ' ὁ δαίμων εἰσορᾷ μὲν οὔ τί πω ὡς αὐτίκ[...] OC 1371 i. q. ὅσον οὔπω, *proxime*, proprie οὔ τί π[...] οὕτως, ὥστε αὐτίκα γίγνεσθαι. v. Schaeferum; mi[...] Reisigius Stephanum sequitur ὀψέ intelligentem. S[...] interpretare ὡς τάχος locis supra in v. τάχος p. 716 [...] allatis i. e. οὕτως ὥστε γίγνεσθαι ἐν τάχει, cui locutio[...] subrogari licet, non oportet, ὡς τάχιστα. Alia *rela[...] tivam interrogationem* s. sententiam relativam refe[...] runt, ut ambigas, utrum cum verbo an adverbio co[...] iungas ὡς. αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως Tr. 628. ὡ[...] οἰκτρῶς ἔχω 1080. ὡς ἀφροντίστως ἔχει Ai. 35[...] Deinde cum *superlativis* adverbiorum coniungitu[...] dupliciter. Primum *comparative.* χαῖρ' ὡς μέγιστ[...] Ph. 462. Dein *ampliative.* ὡς τάχιστα *quam cele[...] rime* El. 1487. Tr. 802. Ph. 749. OR. 142. 142[...] OC 897. 933. 1228 ch. 1416. 1475. 1643. Ant. 88[...] ὡς βράχιστα *quam brevissime* OC 1115. ὡς προσώ[...] τατα [προσωτάτω Dind.] *quam maxime procul* E[...] 391. ὡς ῥᾷστα *quam levissime* Thyest. fr. 236, [...] Cum *superlativo adiectivi* dicti ὡς unum exemplu[...] reperi. χὤς τις πλεῖστ' ἀνὴρ ἐπὶ ξένης ἤθλησα κι[...] δυνεύματα OC 563. *ut quis plurima:* i. e. *plurim[...] si quis alius, pertuli.*

6. Postremo σχετλίασιν hic commemorandam ce[...] seo. Est autem aliquantum diversa eius generis ratio[...] in exemplis enim aliis ὡς verbo proxime iungitu[...] in aliis cum alio vocabulum genere, aliquando *qua[...]* s. *quantum* vertas, in vehementiore animi motu signi[...] ficando, alias *ut*, sicubi tristes maxime vel metuen[...] tes aliquid consideramus; est etiam ubi optando co[...] stitutum sit, *utinam* significans. ὥς μ' ἐθηράσω P[...] 1007. [Dind. c. Wakef. ὅς.] ὥς σ' οὐκ ἔμελλον ἀ[...] λείψειν οὐδέποτε 1083 m. ὥς μ' ὑπῆλθέ τις φόβο[...] 1231. *ut timeo!* Debilis enim et languida sententi[...] erit, si *nam* vel *quippe* interpreteris. φρονεῖν ὡ[...] δεινόν OR 316. τί δ' ἐστίν; ὡς ἄθυμος εἰσελήλυθα[...] 319. Probo enim recentiorum quorundam doctorum[...] distinctionem, non veterum editionum interrogand[...] signum in versus fine positum exhibentium, cuiu[...] rationis secundum Matthiaeum Herm. hunc sensu[...] esse vult: *quod tam sollicito animo venisti*, ὡς pr[...] ὅτι οὕτως dicto. Miratur potius cur poenitere Tire[...] siam videatur, quod venerit. ὡς πάντ' ἄγαν αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις 439. *ut omnia obscura et miracul[...] plena loqueris!* ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μηδὲν ζώσα[...] ἐναριθμῶ 1187 ch. ὥς σ' ἠθέλησα μηδέ σ' ἂν γνῶνα[...] ποτε 1348. ὡς ὑμᾶς μόλις εὑροῦσα λύπῃ δεύτερο[...] μόλις βλέπω OC 325. ὡς ὑπερδέδοικά σου Ant. 8[...] οἴμ' ὡς ἄλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ 320. ὥς σ' ἀτιμάζει πατήρ 572. ὡς ἐγὼ τὸ σὸν φρίσσω στόμα 997[...] τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας 1178. ὡς ὀρθόν coniun[...] genda puto. οἴμ' ὡς ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν 1270[...] ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος ... ἔοικας ἥκειν 1278. v[...] Herm. ὥς μοι σαφῆ σημεῖα φαίνεις ἐσθλὸς εἰς ἡμᾶ[...] γεγώς El. 23. ὥς μοι πολλὰς μὲν θρήνων ᾠδὰς .. ᾔσθου 87 an. ὡς ἔμολες αἰανή 506 ch. ὥς μ' ἀπώλεσας 808. 1163. τῆς ἀνοίας ὥς σ' ἐποικτείρω πάλα[...] El. 920. ὥς σ' ἀπ' ἐλπίδων ... εἰσεδεξάμην 1127[...] ὡς οὐκ ἄρ' ᾔδη τῶν ἐμῶν οὐδὲν κακῶν 1185. ὡς οὐ[...]

δὲν ἄρα coniungenda, *quam ego nihil scivi.* ὡς ὁρῶν σ' ἐποικτείρω πάλαι 1199. ὡς πολλὰ παθὼν δι' ἐλευθερίας μόλις ἐξῆλθες 1508 an. ὡς ἐκ ταχείας ... ἄσσεις Tr. 395. ὡς δέδοικα 663. ὡς ἂν ἐκ τριῶν σ' ἓν εἱλόμην 734. ὡς ἄρ' ἧμιν οὐ σμικρῶν κακῶν ἦρξεν τὸ δῶρον 871. ὡς ἐς πολλὰ τἀπορεῖν ἔχω 1243. ὡς εὐμαθές σου ... φώνημ' ἀκούω Ai. 15. οἴμ' ὡς ἔοικας ὀρθὰ μαρτυρεῖν ἄγαν 354. οἴμ' ὡς ἀθυμῶ 587. ὡς ταχεῖα ... χάρις διαρρεῖ 1266. ὡς ὁ Σίσυφος πολὺς ἔνδηλος ἐν σοί Synd. fr. 155, 1. ὡς ἄρα κενὴν ἐτερπόμην σου τέρψιν εὐλογουμένου fr. Teucr. 508, 1. ὡς δυσπάλαιστόν ἐστιν ἀμαθία κακόν inc. 663, 3. ὡς οὐδέν ἐσμεν 682, 2. ὡς τρισόλβιοι κεῖνοι βροτῶν 719, 1. *Utinam* significatur his exemplis: ὡς ὁ τάδε πορὼν ὄλοιτο El. 126 ch. ὡς ὤφελον πάροιθεν ἐκλιπεῖν βίον 1131. ὡς, ἀκμαῖος εἰ βαίη, μόλοι Ai. 921. Sic fortasse elliptica ratione explicueris illud Ph. 1293.: ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ γ', ὡς θεοὶ ξυνίστορες, quod Buttm. ἐπεί interpretatur *nam dii me audiunt*, Herm. ad comparativi enuntiati rationem revocat interpretatus *ego vero veto, uti dii sciunt*, quod et languidum et sententiae non aptum videtur; mihi placet *sciant dii*, i. e. *scire velint precor* subaudiens ἔστων s. γένοιντο, quale quid non minus certe recte subaudiri posse video, quam γενοῦ OR 697.

II. ῾Ως *dictum obiective.* (II p. 1001, 22.)

A. *Res duae iuxta positae comparantur.*

1. Componuntur res duae, quas inter secundum loquentis aut considerantis opinionem aliquid aut similitudinis aut societatis intercedit, sed quae minime pro conditione sua aequiparantur, sicut in comparativo enuntiatorum genere fit; qua de re *sicut* et *quemadmodum* vim particulae non reddunt; *quasi* rectius dices et *tanquam.* ἡ γλῶσσά σου τὸν θυμὸν ὡς δεινὸν τρέφει Ai. 1124. προυφάνη κτύπος φωτὸς σύντροφος ὡς τειρομένου του Ph. 203 ch. *qualis videtur aerumnosi.* φωνήσατ', εἴπερ ὡς φίλοι προσήκετε 229. *si amici videri vultis.* Sin, quod non minus aptum, explicueris *sicut amici solent*, comparativa sententia erit. ὡς ἄνδρ' ἑλὼν γ' ἰσχυρὸν ἐκ βίας μ' ἄγει 945. ἡμᾶς μὲν ὡς δούλους σαφῶς πατὴρ ἄρ' ἐξέφυσεν 995. φρονεῖ γὰρ ὡς γυνὴ μέγα OR 1078. *quantum quidem mulieris est.* οὐχ ὡς γελαστὴς ἐλήλυθα 1422. *quasi te irrisurus.* ὥς τις ἀφ' αἵματος προφανεῖσα OC 245 m. ἐν ὑμῖν ὡς θεῷ κείμεθα 247 m. οὔτοι σ' ὑφ' ὅρκου γ', ὡς κακόν, πιστώσομαι 650. ὑπερτιμῶντες ὡς εὐεργέτην Ant. 284. ὁρᾷς τόδ' ὡς εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος; 735. ὡς ἐπίχαρτον τελέουσ' ἀεκούσιον ἔργον Tr. 1262 an. Sic dicitur ὡς δή. ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις OC 809. *quasi vero.* Incertum an huc referendum sit φάρει τῷδ' ὡς ἐμῷ καλύπτομαι Cris. fr. 331. (II p. 1002, 2.)

2. Adsignificatur *causa faciendi:* sic significatio convenit cum Latina particula *quippe.* ἔστιν δέ μοι πάλιν κατελθεῖν μήποθ', ὡς πατροκτόνῳ OC 601. ὁ δ' ὡς ἀνὴρ γενναῖος, οὐκ οἴκτου μέτα κατήνεσεν 636. Debilis enim videtur exire sententia, si interpretaberis *sicut vir generosus.* ἅπαν μαθήσει τοὔργον. ὡς κοινωνὸς ὢν Ai. 284. οἶδ' ὡς θυτήρ γε πολλὰ δὴ σταθεὶς ἄνω Tr. 1192. Sic verba compono: πολλὰ δὴ σταθεὶς ἄνω ὡς θυτήρ γε *quippe sacrificaturus.* Additur δή ipsi ὡς: ἐπεῖδον, ὡς δὴ πλησία παραστάτις Tr. 889. Simili, sed alia tamen vi praeditum illud Λαΐου γὰρ ἦν, εἴπερ τις ἄλλος, πιστός, ὡς νομεὺς ἀνήρ OR 1118. *quantum quidem cadit in eiusmodi sortis hominem, ut fidus sit.* V. Schaef. ad Long. p. 428. μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προυστάλης ὁδόν OC 20. *quippe seni;* speciem hoc casus absoluti refert, tamen ut a μακράν suspendatur γέροντι. ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας 33. Cave subaudire οὔσης.

3. Inprimis utrumque genus significandi cum *participiis* copulari solet. || Et si *nominativus* quidem s. *subiectis* notionibus ὡς additur, indicat id quod senserit cogitaritque aut qui loquitur, aut is, de quo sermo est, et quomodo ad faciendum qualicunque modo commotus fuerit. ὡς ἄλλην χθόνα δοκῶν ἀποίσειν, αὐτὸς ἔνθεν ἦν OR 1178. *quippe ratus.* δηλοῖς δ' ὥς τι σημαίνων νέον Ant. 242. Legitur apud alios σημανῶν: illud est *videris novi quid afferri ratus*, hoc *videris allaturum te esse existimare.* ὡς αἰτίαν γε τῶνδε κἀκείνων ἔχων ... ἐπεσκήπτου μόρων 1312. ἆρ' ὕμιν ὡς ἀλγοῦσα κὠδυνωμένη δεινῶς δακρῦσαι δοκεῖ; El. 804. non est οὕτως ὡς, *quemadmodum* sed *ut conveniebat*, id quod recte sentientium mente constituitur. οὐ γὰρ ὡς ἐν δυσμενείᾳ γ' οὖσ' ἐπαιτεῖται τάδε 1123. ὡς ἔτ' οὐκ ὢν εἶπε Tr. 161. ὡς ἄνδρας ... ἔχων Ai. 64. ἅπαν μαθήσει τοὔργον ὡς κοινωνὸς ὢν 283. οὐχ αὐτὸς ἐξέπλευσεν, ὡς αὑτοῦ κρατῶν; 1099. *quippe sui iuris sese esse putans.* ὡς ὢν ἄπαις Atham. fr. 5. — ἥκω γὰρ οὐχ ὡς δρᾶν τι βουληθείς OC 732. Inprimis *participium futuri* notabile, voluntatem et consilium faciendi, non per se (ei rei enim iam participium ipsum sufficit), sed quatenus quis de suo aut alterius consilio iudicat, indicans. Qua de re saepe fictum aliquid significatur: v. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 54. Stallbaum. ad Gorg. p. 95. Seidler ad Eur. IT 1304. Pflugk. ad Helen. 1057. ὡς οὐχὶ συνδράσουσα νουθετεῖς τάδε El. 1025. φήμας λάθρᾳ προὔπεμπες ὡς φανούμενος τιμωρός 1155. φροντίζεθ' ὡς τούτοις ... μαχούμενοι 1370. ὥς τι δράσων εἶρπε Tr. 160. ὅ τ' ἐχθρὸς ... ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος, ὡς καὶ φιλήσων αὖθις Ai. 680. ὡς ἐκ βίας μ' ἄξοντες Ph. 563. ὡς μεθήσων μήποθ' ὧδ' ὁρᾶν πάλιν 935. ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις; OR 625. αὐδῶν ἀνόσια ... ὡς ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτόν 1290. οὐδ' ὡς ὀνειδιῶν τι τῶν πάρος κακῶν (ἐλήλυθα) 1423. ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον τιμῇ καθέξων ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν 380., quos si quis accusativos absolutos putavit, non repugnabo. Sensum explicuit Herm. τοιαῦτ' ἔπη γῇ τῇδ' ὅδ' ἀνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο 630. γυναῖκε ... ὡς πρὸς ἄνδρας οὐ μαχουμένα Ant. 62. ὡς μὴ 'μπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα 1063. *scito, si volueris, non successurum.* Idem inest in verbi *desiderativi praesente.* δῆλός ἐστιν ὥς τι δρασείων κακόν Ai. 326. ὡς ἐργασείων οὐδὲν ὧν λέγω θροεῖς Tr. 1232. — ☞ || Cum *genitivo absoluto* ὡς *causam faciendi* indicat, qua quis alius moveri possit. ὡς οὐκέτ' ὄντος γὰρ τὰ συμβόλαιά σου ἐφαίνετο Ph. 884. *quae nos ad credendum moverent te exstinctum esse.* ὡς θέλοντος ἂν ἐμοῦ προσαρκεῖν πᾶν OR 11. ὡς πᾶν ἐμοῦ δράσοντος 145. ὡς μιάσματος τοῦδ' ἡμὶν ὄντος 241. ὡς δεινοῦ τινος φόβου φανέντος OC 1651. ἄγος φεύγοντος ὡς [ὥς Dind. ex LA.] Ant. 256. ὡς ὧδ' ἐχόντων τἄλλα βουλεύειν πάρα 1179. ὡς νῦν ἀπόντος ἱστόρει τί σοι φίλον El. 316. ὡς ἕρποντος εἰσορᾷς ἐμοῦ Tr. 394. ὡς ὧδ' ἐχόντων τῶνδ' ἐπίστασθαί σε χρή Ai 281. ὡς ὧδε τοῦδ' ἔχοντος αἰάζειν πάρα 904. ὡς ὧδ' ἐχόντων πάρα στενάζειν 981. v. Lob. ἐτερπόμην ὡς ζῶντος Teucr. fr. 508, 3. — ☞ || *Dativus* et *accusativus* duobus obiectis, quae vocant, comparatis causam in mente et ratione sitam indicant, qua mota persona agens de obiectis rebus existimare cogitareve coepit, στιπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῳ Ph. 33. *quasi cuidam inhabitanti factam;* est

enim *commodi* dativus, non *absolutus*, v. Herm. ὡς ὄντι γῆς τῆσδ' ἀνοσίῳ μιάστορι OR 353. ἐπείπερ εἶ γενναῖος, ὡς ἰδόντι OC 76. *qualis quidem adspicienti videris.* ὡς νῦν πᾶν τελοῦντι προξένει 465. — ὡς μηκέτ' ὄντα κεῖνον ἐν φάει νόει Ph. 415. μή μ' ἀντιφώνει μηδὲν ὡς στείχοντα δή 1065. πατέρα τὸν σὸν ἀγγελῶν ὡς οὐκέτ' ὄντα OR 956. χορεύεσθαι ὡς ἐπίηρα φέροντα 1094 ch. ἐκεῖνον ὡς παρόντα νῷν (λέγω) El. 882. — ἠγγειλας ὡς τεθνηκότα El. 1341. ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μ' ὧν ἀνιστορεῖς Ph. 253. μίασμα χώρας, ὡς τεθραμμένον χθονὶ ἐν τῇδ' ἐλαύνειν OR 97. δίδασκέ με ὡς μὴ εἰδότ' αὐτὸν μηδὲν ὧν σὺ πυνθάνει OC 1155. ὡς λελοιπότα κεῖνον τὸν αἰεὶ βίοτον ἐξεπίστασο 1583. — ὡς φανέν γε τοὔπος ὧδ' ἐπίστασο OR 848. — ὁ προστατῶν χρόνος διῆγέ μ' αἰὲν ὡς θανουμένην El. 782. non *morituram* sed *ita*, *ut me morituram putarem.* φρόνει νιν ὡς ἥξοντα Tr. 289. ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα Ai. 682. ἐπαρκεῖν αὐτὸν ὡς θανούμενον fr. Acris. 66, 2. Est etiam accusativus φόνῳ φόνον πάλιν λύοντας, ὡς τόδ' αἷμα χειμάζον πόλιν OR 101. quem locum explicuimus in v. ὅδε, defendentes eum ab Hermanni lubidine τάδε corrigentis. — Hunc participii usum observavit Abresch. ad Aesch. Ag. 681. (II p. 1004, 2.)

4. Affinis participiorum est usus particulae ὡς *cum praepositione et casu dictae;* potest enim ad sententias participiorum ope compositas revocari. πύργοι μὲν... ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω OC 15. ὡς ἐκ ταχείας ᾄσσεις Tr. 395. quod etiam σχετλιάσει explicueris. — τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε; Ai. 537. — ὡς μὲν ἐν λόγῳ ἀλγεινά El. 761. — ὡς ἐπ' ἄτῃ τῇ μάτην λελεγμένῃ στέναζε 1298. ὡς ἐπ' ἐξόδῳ Tr. 532. El. 1322. ἦ καὶ τὸ βούλευμ' ὡς ἐπ' Ἀργείοις τόδ' ἦν; Ai. 44. — τὸ πρᾶγμ' ἄγειν οὐχ ὡς παρ' οὐδὲν Ant. 35. — πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον Ph. 58. ὡς πρὸς τί πίστιν τήνδ' ἄγαν ἐπιστρέφεις Tr. 1182. ὡς πρὸς τί χρείας; OR 1174. ὡς πρὸς τί, λέξων ἢ καταρτύσων, μολεῖν; OC 71. Haec inter se etsi diversa sunt, in eo conveniunt tamen, quod aliquam alicuius opinionem significant, aut quae consilii capiendi causa sit, aut quae apud audientem loquentemve regnet vel excitetur.

B. *Enuntiatio obiecti munus tuens adiicitur.*

